inlecebrosum nihil lam
metuent aduersu. Cui
inspira misericors ds.
intercedere tibi pro
nobis. ut quem fecisti
de sua felicitate securu
facias pro nostra libe
ratione sollicitu. p xpm
dnm nrm [illegible]
[illegible]

Benedictus uir qui con
fidit in dno et erit.

dn̄i fiduciam eius. et erit
quasi lignū· quod trans
plantatur super aquas·
quod ad humorē· mittit
radices suas et non time
bit cū uenerit aestus;
et erit foliū eius uiride
et in tempore siccitatis
non erit sollicitū/ nec
aliquando desenit face
re fructū; prauū est·
cor omniū· et inscruta
bile quis cognuscit illud;
Ego dn̄s scrutans cor· et
probans renis/ quid o
unicuiq; iuxta uiam et
iuxta fructū adinuen
cionū suarū; Soliū glorie
a principio locus sc̄ifi
cacionis nostre. expec
tacio isrl̄ dn̄s

Omnes qui te derelinquunt
confundentur. Recedentes
te in terra scribentur.
qnm dereliquerunt uenam
aquarum uiuentium dnm
Sana me dne et sanabor
saluum me fac et saluus ero
qnm laus mea que es dne ds ms
[illegible]
Omnis scriptura diui
nitus inspirata utilis est
ad docendum ad arguendum
ad corregendum in iusti
cia ut perfectus sit om
nis homo di ad omne opus
bonum instructus. Testi
ficor coram dno et xpo ihu
qui iudicaturus est uiuos
ac mortuos et aduentum
ipsius et regnum eius pre
dica uerbum insta oportune
inportune

Tu uero uigila in omnib;
labora opus fac euange
listę ministeriu͞ tuum
imple ego enim iam liber
ettempus me& resoluti
onis instat bonū cer
tamen certaui cursum
consumaui fidē seruaui
in reliquo reposita est
mihi coronā iustitie
quam reddit mihi dns in
illa die iustus iudex non
solū mihi sed et his qui di
legunt aduentum eius.
Lectio sci euang [illegible]
homo quidā profecturus
uocauit seruos suos et
tradedit illis bona sua.
Et uni dedit quinque ta
lenta alii autē duo
alii uero unum.

unicuiq; secundu propri
am uirtute. et profectus
est statim. Abiit autem
qui quinque talenta acce
perat. operatus est in
eis. et lucratus est alia
quinq; Similiter qui duo
acceperat lucratus est alia
duo. Qui autem unum acce
perat. abiens fodit in ter
ra et abscondit pecuniam
dni sui. Post multu uero
temporis. uenit dns ser
uoru illoru. et posuit ra
tionem cum eis. Et accedens
qui quinq; talenta acce
perat. obtulit alia quinq;
dicens. dne quinque talen
ta tradedisti mihi ecce alia
quinq superlucratus sum.
Ait illi dns eius.

Euge serue bone et fi
delis quia super pauca
fuisti fidelis super mul-
ta te constituā intra in
gaudiū dn̄i tui.

[illegible] SCI MARTINI EPI

Scm̄ in mirabilibus mi
rabile dm̄ in scīs suis.
Et confessum martini ut
cuius uenerabile diē celebre-
mus meriamur eius esse
participes. his uir quē
adnumerandū apostolis
martiribus adcrescen
dū. proxima ltain rem
tempora protulerunt.
Dubiū enī non est ut sit
martyr in celo qui fuit
confessor in sc̄lo cum sciamus non martinū mar
tiriū sed martiriū de
fuisse martinum

Oremus qui in tanto dn̄i
potuit aequare uirtutis.
dignetur in tribulatio
ne defendere qui potens
fuit mortuos suscitare

Ds̄ cuius persum
mum antestitem et conf̄
tuū martinū fulgoris
qui lumen effulsit. Cuius
hodie felicē transmigra
tionis celebrantes clemen
tiā tuā suppliciter exora
mus ut aecclesiam tuam
conuersantē in tribula
tione dignetur defen
dere cui antestatis larga
pietate concessum est.
etiā mortuos suscitare

[illegible]SI NOMINA.

Largam dī patris omnipotis
misericordie ff̄ k̄.

deprecimur: ut inter
cessione sci ac beatissi
mi antestitis sui mar
tini. cuius hodierna die
officiũ cõmemoracio
nis inpendimus. eius
interuentũ per mise
ricordiam dni indulgen
ciam consequi mereamur.
ad pacem. Exaudi dne
preces nostras quas
in sci confes sacerdotis
epi tui martini cũ me
moracione deferimus.
Et presta ut sicut ille in
conspectu tuo qui tibi
digne meruit famula
ri clarus sempr extetit.
ita tu nos supplicacio
in bonis actib; adio
uit. contestatio

Vere dignum et iustum est omnipotens deus
te in martini tui laudi
bus honorari qui sancti spiritus
tui dono succensus ita
in ipso tirocinio fidei
perfectus inventus est
ut xpm texisset in pau
pere et vestem quam e
genus acceperat mundi
dominus induisset. O felix lar
gitas in qua divinitas ope
ritur. O clamidis glorio
sa divisio que militem texit
et regem. Inestimabile do
num est quod vestire
dominum meruit deitatis. Dig
ne huic confessionis quae
premium conmissum est. Dig
ne arrianorum non sub
iacuit feritate. Digne
tantum amorem martinus

149

persecutoris tormenta
non timuit. Securus quia
tanta est glorificacio
passionis. ut est quanti
tate uersetur. exiguit.
ut est in rex pm meruit et
uidere. O animesmi
tanda benignitas. O uir
tutum. ueneranda po
tencia. Sic egit suscep
tis pontificatus offi
cium. ut per furmam
probabelis uite obser
uanciam execerit dis
cipline. Sic apostolica
uirtute sperantib;
contulit medicina. ut
alius supplicacionib;
alius uiso saluarit.
Haec tua est dne ueneran
da potencia

cuicū lingua non suppleat
meritis exorat. p x̄p̄m dn̄m
pauli apš ad kor iii
de uirginibus pre
ceptū dn̄i non habio. consi
liū autē dó tamquā mise
ricordia consecutus a dn̄o
ut sim fidelis. existimo
autē hoc bonū esse prop
ter instantē necessitatē
qn̄m bonū est homeni sic
esse. allegatus es uxorem
noli querere uxorē. si au
tem acceperis uxorē non
peccasti. et si nupserit
uirgo non peccabit. tri
bulacionē carnes habe
bunt huiusmodi. ego
autē uobis parco. hoc itaq;
dico ff. tempus breue est
reliquum est. ut qui habent

uxores tamquā non ha
bentes sint. et qui flent.
tamquā non flentes. et qui
gaudent. tamquā non gau
dentes. et qui emunt. tā
quam non possedentes et
qui utuntur hoc mundo
tamquā non utantur.
preterit enim figura
huius mundi. volo autē vos
sine sollicitudine esse qui
sine uxore est sollicitus
est que dñi sunt quomodo
placiat dō. qui autem cum
uxore est sollicitus est que
sunt mundi quomodo pla
ceat uxori. et divisus est.
et mulier innupta et vir
go cogitat que sunt dñi ut
sint sca corpore et spu

Simile erit regnū celorū
decim. uirgenib; que ac
cipientes lampadas suas
exierunt obuiam. spon
so et sponse quinq: autē
ex eis. erant fatue et quin
q: prudentes. Sed quinq;
fatue acceptis. lampadi
b;. non sumserunt. oleū
secū. prudentis uero ac
ceperunt. oleum in uasis
suis. cum lampadib;. mora
autem faciente sponso
dormitauerunt. omnes
et dormierunt. Media
autem nocte clamor fac
tus est ecce sponsus uenit
exite obuiam ei. tunc
surrexirunt. omnes
uirgenis ille et ornaue
runt lampades suas.

fatuæ autē sapientibus
dixerunt· date nobis·
de oleo urō quia lampades
rē extinguuntur· Res
ponderunt prudentes·
dicentes· ne forte non suf
ficiat nobis et uobis· ite
potius ad uindentes· et e
mite uobis· dum autem
irent emere· uenit spon
sus et quae paratae erant·
intrauerunt cum eo ad
nuptias et clausa est ianua
nouissime uenerunt re
lique uirgenis dicentes
dnē dnē aperi nobis ad
ille respondens ait· amen
dico uobis nescio uos
uigilate itaque quia
nescites diem neque
horā fin unius
uirgenis

Propiciare dne sup
plicacionib. nostris
et flammā in nobis quae
caretatis accende: ut
scē tuae uirg. ill. uel marti
quis ex cum cum scto uitis
culus nos fecisti esse selmi
tatoris iubias esse consor
tes collit. Ds qui candi
datā tuā ill. uirginitate
pariter et martirio in
fonte uiui certaminis
abluisti. ut confessionis
gloriā roseo sui sangui
enis decore ornata
spem caneret uicturia
et mundū. insuis dormi
entib. peccatis ad con
fessionem tui nominis
excitaret. da eius pa
trocinio peccatis nostris
indulgentia.

quidedisticertantico
ronami[illegible] nomina
Supplicacionibusnris
dnepropiciaturintem
dequasinscetuae‡uirge
etmartires·cũmemora
cionedeferimus· ethoc
sacrificiũ·superinlatũ
liadignanteradtende
utquifiduciadepropria
iusticia·nonabemus·
eiusquitibiplaceremeru
it·precib;adiouemur·p.
Exaudidneprecisnos
tras·indiesollẽniatis
magnificossceuirget
mar·quemundũuicit·
umfragilesexu etdo
naeiusapudteinter
uentuplacatur· ut
cuncti·quiadsistemus·
eiusmemoriamfre
quentantis·

pacis et caritatis uin
culis collegimur. CONTES
Vere dignum et iustum est omp. te d.
in uirgine decorosa te
palma laudare et ideo
pro martira tua ill. uel
uirgine decorosa hono
rem obsequium persoluen
tes supplices clementiae
tuae fundemus preces
rogantes ut nos exaudi
re digneris et in scta sol
lemnitate laetificet quo
sca ill. uirgo dum humanas
nuptias temsit spon
sum sibi qui per perpetuos
inmortalitatis premio
essitadiunxit cui con
fessionis testimonio
se elegit sanguinis
martirio consecrare
ut uirginalis integre
tas.

eoerrit sponsa preda-
uor. quo sanguine ir-
rosea diadema mitebat
In huius ergo talem glo-
riosum certamen nocte
te tibi hostias immolamus
laudis tibi cum angelis concen-
nimus dicentes Sanctus

[illegible]

Benedic te ds sce isrl qui
celeste hierusalem coti-
die multiplice aedificas
congregacione scorum
respice super domum hanc
cuius natalis est hodie
que in honore martirum
quorum condita est. Et
presta ut omnes inuo-
cantes te in eam inue-
niant salutem infirmi
medicinam. uulne[illegible]
ti remedium.

merentes gaudium·
redditu[m] captiui· pene
tentes indulgenciam·
rei· ueniā uinctis solucio
nem· orantes presidiu[m]

ITEM ALIA EIUSDEM

Ascendat oracio nostra
per manus sci angeli tui
ad diuinum altare tuum
dne cum odore suauiq[ue]
tis tuae conmendante
aduocato dno nro ihu
xpo cum quo tibi est im
perium· potestas· honor
laus· maiestas· gloria· ae
ternitas cum spu sco
in scla sclor[um]

pis iacobi apost ad gen
pro infirmis

Si infirmatur aliquis
in uobis inducat pres
biterus ecclesiae et orent
super eum ungentes
eum oleo in nomine
dni et oratio fidei
saluabit infirmum et
alleuauit eum dns et
si in peccatis sit di
mittitur ei confite
mini alterutrum pec
cata uestra et orate
pro inuicem ut salui
meni multum enim ualet
deprecatio iusti adsi
dua helias erat homo
similis nobis passibiles
et oratione orabit
ut non plu erit super
terra et non pluit

annos tres et menses
sex. et rursus oravit
et caelum dedit pluviam et
terra dedit fructum suum.
[illegible] secundum lucam
In tempore illo dominus iesus
surgens intro ibit in do
mum petri. Socrus autem
Symonis tenebatur
magnis febribus. et ro
gaverunt illum pro ea. et
stans super illam im
peravit febri et dimisit
illam. et continuo sur
gens ministrabat illis.
Cum sol autem occidisset
omnes qui habebant
infirmos variis langu
oribus ducebant illos
ad eum. At ille singulis ma
nus inponens.

MISSA PRO EGROTO
Omps sempiterne ds
qui fragilitatem condi
tionis nostre infusa
uirtutis tuae dignatio
ne confirmas ut saluta
rib; remediis pietatis
tuae corpora nostra et
membra uegetentur
Sup famulum tuum N. pro
picius intende ut omne
necessitate corporea
infirmitate exclusa
gratia in eum pristine
sanitatis perfecta repa
retur p. Collectio
Uirtutum celestium ds
qui ab humanis corpo
ribus omnem languorem
et omnem infirmita
tem precepti tui potes
tate depellis

adesto propicius fam
tuit. ut fugatis infir
mitatibus et uiribus
reparatis nomine sco
tuo instaurato pro
tinus sanitate bene
dicat. post nomina
Adesto supplicationi
bus nostris omps ds
et hanc oblacionem
pro incolomitatem
famoli tuit oblata sci
ficans. tu quiet humane
flacilitatis singulare
presidium auxilii tui
ostende uirtute ut
opem misericordie tuae
[illegible]iuquis ad omnia sani
tatis riparitur offiga
ad pacem
Sacrificia dne tibi cum
ecclesiae precibus

Immolanda q̄s̄ corda
nostra purificent et
indulgenciae. quae nobis
dona concilient. et ad
uersis prosperas senti
re perficiant. Contestat
Uere dig̅ et i. omp̄r d̄s̄.
te dn̄m tocius miseri
cordie in necessitatib;
inuocare qui domina
ris uitae et mortae qui es
medicus animarū. Sc̄i
ficans ergo hanc obla
cionē pro incolomita
te famli tui ill. Oblata q̄s̄
ut respiciat propitius
dep̄ reparato habita
coloquio super eum
qui diuersa aegritudi
ne continetur et uisi
tet eum uisitacione
qua celeste sicut

uisitare dignatus es
Socrum petri puerum
centorionis et sarrae
ancillam tuam alleuatum
dne de strato doloris
sui ut saluos atque in
colomis in aecclesia tibi
ore dauid dicere possit
castigans castigauit me
dns et morte non tra
dedit me per xpm dnm nm
Lec libri genesis lecc
in dedicacione aecle
Tempore illo egressus
Iacob de bersabae per
gebat aram cumque
uenisset adquendam lo
cum et uellet in eo requi
escere post solis occu
bitum tulit de lapidibus
que subponens capite
suo dormiuit in eodem
locu·

uiditque in somnis
scalā stantem super
terram et cacumen
eius tangens caelum.
angelus quoque dī as
cendentis et discenden
tes per eam et dnm in
nixo scalae dicentem sibi.
Ego sum dns ds abraham
patris tui et ds isaac
terram in qua dormis
tibi dabo et semini tuo:
Eritque semen tuū qua
si pulvis terrae dilata
ueris ad occidentē et
orientem. septemtrio
nē et meridiem. et bene
dicentur in te et semi
ni tuo cunctae tribus
terrae et ero custos tuos
quocumq; perrexeris
et reducam te in terram

hanc nec dimittam
nisi conpleuero uni
uersa que dixi. Cumq;
euigilassit iacob de
somno ait. uere dns
est in loco isto et ego
nesciebam pauisq;
quam terrebiler. inquid
est locus iste non est
hic aliud nisi domus di
et porta caeli. surgens
ergo mane tulit lapidē
quem sub posuerat capi
te suo et erexit in titu
lū. fundens oleum de
super appellauitque
nomen orbis bethel.
que prius luza uoca
batur. uouit etiam
uotum dicens si fuerit
dns mecum et custodie
rit me in uiam in qua m


ambolo et dedit mihi
panem ad uiscendum
et uestem ad induen
dum reuersusque fu
ero prusperae ad do
mum patris mei erit
mihi dominus in deum et lapis
iste quem erixi in ti
tulum uocabitur domus
dei cunctarumque dede
ris mihi decimas offe
ram tibi. epistola pauli
apostoli ad corinthios
ff. Dei sumus adiutores
dei agricultura estis
dei aedificatio estis.
Secundum gratiam dei que
data est mihi ut sapiens
archetectus fundamentum posuit alius
autem superaedificat
unusquisque autem

uideat quomodo su
peraedificet. funda
mentum enim aliud
nemo potest ponere
preter id. quod posi
tum est. quod est x̄ps
ihs. Si quis autem super
aedificat supra fun
damentum aurum
argentum lapides pre
ciosos ligna fenum
stipola uniuscuiusq;
opus manifestum erit.
Dies enim declarabit
quia in igne reuelabi
tur. et uniuscuiusque
opus quale sit. ignis
probabit. Si cuiusque
opus manserit. quod su
peraedificauit mercedem
dem accipiet. Si cuius
opus arserit. detrimen

tū patietur ipse autē
saluo erit sic tamen
quasi per ignem. Nesci
tis quia templū dī estis.
et sp̄s dī habitat in uobis
Si quis autem templum dī
uiolauerit disperdit illū
ds. Templum enim dī scm̄
est quod estis uos.
Lis sci euangelii Iohann
Diebus illis facta sunt in
cenia in hierusolimis et
hiems erat et ambola
bat ihs in templo in por
ticu salomonis. Circū
dederunt ergo eum
iudei et dicebant ei
quousque animam nos
tram tollis. Si tu es xp̄s
dic nobis palam. Res
pondit eis ihs loquor
uobis et non creditis

Opera que ego facio in
nomine patris mei haec
testimonium perhibent
de me. Sed uos non cre
ditis quia non estis ex
ouibus meis. Oues mei
uocem meam audiunt et
ego cognosco eas et secun
tur me et ego uitam aeter
nam do eis et non peri
bunt in aeternum et no(n)
rapit eas quisquam de ma
nu mea pater meus quod
dedit mihi maius omnib(us)
est et nemo potest ra
pere de manu patris mei
ego et pater unum sumus
Sustulerunt lapides iu
dei ut lapidarent eum
Respondit eis ihs multa
opera bona ostendi uo

bis ex patre meo prop
ter quod· eorum opus
me lapidates· Respon
derunt ei iudaei· de bo
no opere non lapida
mus te· sed de blasphe
mia et quia tu homo cū
sis facis te ipsum dm̄·
Respondit eis ihs̄ non
ne scriptū est in lege
uestra· quia ego dixi
dii estis· si illos dixit dš
ad quos sermo dī factus
est· et non potest solui
scriptura quem pater
sc̄ificauit et misit in
mundum· uos dicitis·
quia blasphemas quia
dixi filius dī sum· si nō
facio opera patris
mei nolite credere
mihi si autem facio



et mihi non uultis crede
re. operibus credete. ut
cognuscatis et credatis.
quia in me est pater et ego
in patrem.

IN MISSA IN DEDICATIONE

Dm̄s qui templorum
condedit ornamen
ta qui martiribus
suis atq: confessoribus
sacra dedicauit altaria.
ff dt̄ affectu piissimo
ueneremur prona humi
litate poscentes ut tem
pla quae nomine suo dedi
cata sunt munere spiri
tale respersa nostris
actib: inferantur. ut
dum diem festiuitatis
huius annis recursib:
honoramus ipsi templorū
celestium pares effici

..eriamur · precimur
..tiam ut beatissimorum
martyrū intercessio
ne saluemur · quorum
in hoc loco reliquias
pio amore ueneramur ·
D̄s quia ad cultū tuū ·
pro salute credencium
locus istius amplitudinē
consecrasti · ubi cottidi
ana inuocacione nome
nis tui · celestes consola
cio non deessit · qs̄ pie
tate tuā · ut memoria ·
que sacris inferuntur
altarib; deuotis men
tib; ad remediū · prepa
retur animarū et sup
plicem familiam tuam
que tibi in templo glo
rie tuae sacrificium
laudis gratulantes ·

Immolant uota sua. In illa
scā hic ruralem inter
electa celebrent regie
ornamenta constituas
post nomina
Gloria tibi dn̄o dō nr̄o
saeculorū regi homi
nē conditorē qui in
cultum perpetim tem
pli huius ambitum
cum scōrum martirum
patrocinio consecras
ti ubi cottidiana de
uocione prestaris ex
celsis quod patebaris
in terris. Ingroeat
ergo dn̄e postolacio
nostra coram te ho
die. et in conspectu
maiestatis tuae ora
cio contriti cordis
ascendat. ascs in colo
Px

uotis in templo hoc 192
cuius natalis est hodie
pro benignitatis quae
serenitate responde
fidem credenter effec
tum concessum peticio
nis amplifica per ad pacē
Ds qui nobis per singu
los annos sci huius
templi qui consecratio
nis reparas diem et
sacris semper misteriis
representas incolomes
Exaudi preces populi tui
et presta ut si quis hoc
templum beneficia pe
titurus ingreditur
cuncta se inpetrasse
letetur Cum [illegible]
Ille redic̄ et cet̄ est omp̄ rd̄ r.
Pro annua dedicacio
ne tabernaculi huius

honorē que referrem
Cuius uirtus magna pie
tas copiosa. Respice q̄s
de celo et uide et uisita
domū istam. ut siquis
in ea nomini tuo suppli
cauerit. libenter exau
dias. et satisfacientib;
clementer ignoscas.
hic tibi sacerdotes qui
sacrificiū laudes offe
rant. hic fidelis popu
lus uota persoluat. hic
peccatorum honera
deponantur. hic fides
lapsa reparitur. hic ipse
inter bonū malumque
discernens. cum causam
interpellatus iudicaue
ris quam non ignoras.
hic simplicitas absoluta
redeat. hinc impietas.

emendatam dimittedas in 193
ueniat apud te domine lo
cum ueniae quicumque
ad domum istam satisfac
cionis confugerit et con
cio dolore uictus ad al
taria tua riuis suarum
lauerit lacrimarum ubi
siquando populus tuos
triste mestusque con
uenerit adquiesce roga
re et rogatus indulge
custodi etiam sub guber
natione nominis tui
per xpm dnm nm [illegible]
[illegible]
ut altare hoc sacris usibus
preparatum celesti dedi
catione sanctifices ut sicut
melchisedech sacerdo
tis oblationem dignam
ita nouo huic altario

munera semp accepto
ferre digneris ut a popu
lus quos aecclesie domum sca
conueniens per haec pura
libamina celesti scifica
cione aquaru quoque
suaru salute perpetuam
consequatur p xpm dnm nm
Lic apocalipsis sci iohannes
facta est proelium in celo
michahel et angeli eius proe
liabantur cum dracone
et draco pugnabat et an
geli eius et non ualuerunt
neque locus inuentus est in
uentus est eoru amplius
in celo; et proiectus est
draco ille magnus serpens
antiquos qui uocatur
diabolus et satanas
qui seducit uniuersum
orbem proiectus est

in terram et angeli eius 194
cum illo missi sunt et au
diui uocem magnam in caelo
dicentem nunc facta est
salus et uirtus et regnum
dei nostri et potestas christi eius
quia proiectus est accu
sator fratrum nostrorum
qui accusabat illos ante
in conspectum dei nostri die
ac nocte et ipsi uicerunt
illum propter sanguinem
agni qui abit aurem audiat quid
Lectio sancti euangelii secundum mattheum
diebus illis adsumpsit dominus
ihesus petrum et iacobum et
iohannem fratrem eius.
adducit illos in montem
excelsum seursum. et
transfiguratus est an
te eos et resplenduit
facies eius sicut sol.

uestimenta autem eius
facta sunt alba sicut nix
Et ecce apparuit illis moy
ses et helias cum eo loquen
tes. Respondens autem
petrus dixit ad ihm dne
bonum est nos hic esse si
uis faciamus hic tria ta
bernacola tibi unum et
moysi unum et heliae unū
adhuc eo loquente ecce
nubes lucida obumbra
uit eos et ecce uox de nube
dicens hic est filius meus
dilectus in quo mihi conpla
cuit ipsum audite Et audien
tes discipoli ceciderunt in
faciem suā et timuerunt
ualde timore magno Et
accessit ihs et tetigit eos
dixitque eis surgite et
nolite timere leuantes

105

autem oculos neminem
uiderunt nisi solum ihm
Et discendentibus illis de
monte precipit ihs dicens
Nemini dixeritis uisio
nem donec filius hominis
a mortuis resurgat.

M in honore sci michahel.

Eterne omp̄s d̄s qui uni
uersam in principio
creaturā uerbo coope
rante ex nihilo condedisti
quique angelicā substan
ciam splendore conspicuo
potencialiter adornas
ti. te suppliciter q̄s exora
mus ut hanc sollemnita
tem quam sub hui nome
nis inuocatione in ho
nore archangeli micha
helis nostras preces
exaudire digneris p

51

Secreta.

Preces populi tui domine
dignanter exaudi. quas
in cultu templi huius. ob
honorem sancti archangeli tui
michahelis. extitat tibi pro
eius sollemnitate oblacio
nostra fiat accepta. CONT.

Uere dignum et iustum est omnipotens deus.
In die festiuitatis hodier-
ne quo in honore beati
archangeli michahelis.
dedicata nomini et tuo loca
sacris sunt instituta mis-
teriis omnium societate
sanctorum. ipsa fides quae illos
tibi fecit amicos esse pro
nobis apud te faciat aduo-
catos. illorum corona nos-
tra sit uenia. emitacio
nos esse faciat sine pena.
illorum oracio salutem nobis
conferat sempiternam per christum
dominum

epistola pauli apostoli ad ephesios
ff uidete quomodo caute
ambuletis non quasi
insipientes sed ut sapi
entes redimentes tem
pus quoniam dies mali sunt.

Lectio sancti euangelii secundum matthaeum
In quacumque ciuitatem
aut castellum intraue
ritis interrogate quis
in ea dignus sit et ibi ma
nete donec exeatis. In
trantes autem in domum
salutate eam. et si quidem
fuerit domus digna
ueniat pax uestra super eam
per eam si autem.

Non fuerit digna pax
uestra ad uos reuerta
tur. Et quicumque non
receperit uos. neque au
dierit sermones uestros
exeuntes foras de domo
uel de ciuitate excute
te puluerem de pedib;
uestris. Amen dico uobis
tolerabilius erit terre
Sodomorū et Gomorre
orum in die iudicii quam
illi. qui habet aures audiendi

[illegible]

Adesto dne supplicatio
nib; nostris et uiam
famulis tuis in salute et
prosperitate dignare
dirigere ut inter om
nes uitae huius uarieta
tis tuo semper auxilio
protegantur. coll…

Exaudi dne eius preces nos
tras et profectionem
famoli tui misericor
diam que semper et ubiq;
pretende uia ab omnib;
qua defensione iustorum
disideriorū paciatur ef
fectib; ut de incolomita
te ipsius adq; uictoria
tibi dno semper gracias re
feramus p. ... NOMINA
Ds qui diligentib; te in
nulla est regione longin
quis dirige uiam famolorum
tuorum ill in uolumtate tua
ut te protectore et duce
iusticiae uias semitas
sine offensione gradia
tur. AD PACEM
Suscipe dne propicius
orationem nostram
pro famolo tuo ill

quis in longa iter karum
spacia detenitur pro
quo maiestatis tuae suppli
ces fundemus precis
ut dirigatis ei angelum
pietatis tuae qui eum ad
domicilium suum saluum
et incolome repraesentet

CONTESTATIO

Vere dig et iust est omps ds
Qui properante Iacob
sub felicitatis gratia
comoda itenera direxit
et cuiq: qui ipse cursum
curam sollicitudinem
quaerere dignatus es
Necnon et Thobiae famo
lo tuo angelum tuum ducem
praeuium praestetisti
quapropter omnipo
tenciam tuam dne humili
ter postolamus ut ita

Bertulfus

profeccionē famolorū
tuorum dirigere eos
in itinere custodire dig
neris quatinus nullus
periculum per spacia
terrarum aut lucamon
cium uel coangusta ualli
um uadaque fluminum
uenina serpentum
uel impetum bistiarum
aut infestorū hominū.
Sed sub tui nomenis de
fensione ad locū distі
natum perueniant
et oportuni temporis
iteracto repente ad
propria habitacula
reuertendo suffra
gii tui meriantur ad
ipisce custodiam p xp̄m
dn̄m nm̄ cummerito

[illegible]
ff mei dilecti. Sit autem
omnes homo uelox. ad
audiendū. tardus autē
ad loquendū. et tardus
ad iram. Ira enim uiri
iusticiā dī non operatur
propter quod abicien
tes. omnē inmundiciam
et abundanciā malicie
in mansuetudine susci
pite insitum uerbū quod
potest. saluare animas.
nostras Si quis autem
putat se religiosū esse
et non refrenans lin
guam suā sed seducens
cor suum. huius uana est
religio. Religio munda
et inmaculata apud dm̄
et patre hec est. uisita
re popillos et uiduas
in tribulatio
ne

Quis ex uobis homo qui h
abit centum oues et
si perdiderit unam ex
illis nonne dimittit no
naginta noue in diserto
et uadit ad illa que perie
rat donec inueniat ea
et cum inuenerit eam
ponit in humerus suos
gaudens et ueniens do
mu conuocat amicos
et uicinos dicens illis
congratulamini mihi
quia inueni oue meam
que perierat dico uo
bis quod ita gaudium
erit in celo super uno
peccatore penitencia
habentem quam sup
nonaginta noue iustis
qui non indigent pene
tenciam.

(I) Quomodo sacerdos
pro se orare debet

Suppliciter te ds pater
omps qui es creator
omnium rerum depre
cor ut dum me famulum
tuum coram omnipoten
tiam maiestatis tuae gra
uiter deliquisse confi
teor manum misericor
diae tuae ut mihi porrige
cas quatinus dum hanc
oblationem quae pietati
tis offero quod nequi
ter admisi clementissi
me digneris absoluere per
Ds misericordiae ds pi
etatis dns indulgentiae
indulge quaeso tu mise
ricors meis sacrificium
quoque quod pietatis
tuae gratia humiliter

offero benigne dignare
resuscipere et pecca
ta quę labentibus uitiis
contraxi piius et propi
cius hac miseratus in
dulgeas et docum penten
cie hac flumina lacrima
rum concessa uenia ad que
meriar accipere p(er) nom(en)

Ds qui uiuorum es salua
tur omnium qui non uis
mortem peccatoris nec
letaris in perdicione mo
rientium te suppliciter
deprecor ut concedas
mihi ueniam dilectorum
ut admissa defleam et
iam postmodum non ad
mittam et cum mihi ex
trema dies finisque uitae
aduenerit emundatum
delictis omnibus

me angelus scitatis susci
piat. p̄. ad pacem
Deus caritatis et pacis
qui pro salute generis
humani crucis patibo
lum pertulisti et sanguine
nem tuum pro redemtio
nem nostram fudisti. pre
ces nostras placatus et
benignus suscipe et hoc
sacrificium quod tuae gra
tiae offero sereno vultu
digneris respicere et
misericordia tua mihi
concedas ut quomodo
de corpore me exire ius
seris pars iniqua in me
non habeat potestatem.
sed angelus tuos inter
scs et electos conlocet.
ubi lux permanet et vita
regnat in saecula saeculorum.

uere dig et iust est omnip̅s d̅s
per xp̅m dn̅m n̅m qui pro a
more hominum factum
in similitudine peccati
formam serui dn̅s ad
sumpsit et speci inuul
neratus medicus ambo
lauit hic nobis dn̅s et
mine ser saluatus aduo
catus iudex sacerdos
et sacrificium· per hunc
te ergo pater suppli
citer exoro· ut dum rea
tum conscientiae me
recognosco et in pre
ceptis tuis preuarica
tur· per sanctae
dilectionis facinus con
cidi in ruina· tu me
dn̅e erige elisum que
lapsus peccati pros
trauit·

Inlumina cecu̅· quem te-
tru̅· peccatorum caligenis
obscurauerunt solue
conpeditum quem uin-
cula peccatoru̅· constrin-
gunt· presta per te
gloriosum et adorandu̅
dn̅m n̅m ihm xp̅m filium
tuum· quem laudant
angeli atq; archan̅ cyro-
bin quoq; ac serafin
Epistla iacobi apos ad xii trib;
ff̄ si dixerimus quia pecca-
tu̅ non habemus ipsi nos
seducimus et ueritas in
nobis non est· si autem
confessi fuerimus pec-
cata nostra fidelis est et
iustus dn̅s qui nobis
peccata dimittat et e-
mundet nos ab omni ini-
quitate sed si quis

peccauerit· aduocatũ
abemus apud patrẽ ihm
xpm et ipse est· propicia
cio pro peccatis nostris·
non pro nostris autem
tantũ· sed· etiã pro to
cius mundi· et in hoc
scimus· qnm cognoui
mus eum· si mandata
eius obseruimus· Siquis
dicit se nosse deũ· et man
data eius non custodit
mendax est· in hoc ueri
tas non est· qui autem
seruat uerbũ eius ue
re in eo caritas di pfec
ta est· in xpo ihu
ii Sci euang s mathi
diebus illis cum transiret
leui nal fei
dns ihs uidit hominem
sedentẽ in theloneũ·
matheũ nomine et ait
i sequere me et surgens secutus est
eum

[illegible] cum accumbe
ret dn̄s ihs in domo illius
multi publicani et pec
catores simul discum
bebant cum ihū et disci
pulis eius· erant enim·
multi qui et sequeban
tur eum· et scribe et
farisei· uidentes quia
manducaret cum pecca
toribus et publicanis
dicebant discipulis eius·
quare cum publicanis
et peccatoribus man
ducat magister uester
hoc audito ihs ait illis
non necesse habent
sani medicum sed qui
male habent· non ueni
ueni uocare iustos
sed peccatores
MDMNIMODA

D(omi)ne p(ate)r aeterne d(eu)s tuae
gloriae pietati supplice
devotione deposco ut
omnium malorum meorum
vincola solvas. cunctis
quae meis criminibus adque
peccatis clementer
ignuscas. et quia me in
dignum et peccatorem ad
ministerium tuum vocare
dignatus es. sic me ido
neum tibi ministrum effi
ciias. ut sacrificium de
manibus meis placite ac
benigne suscipias. et
electorum quae sacerdotum
me participem facias. et
de praeceptis tuis in nul
lo oberrare permit
tas. collectio
Adtende d(omi)ne propitius
meis servitutibus (...)

et miserere fidelibus
famolis quis ih
et cunctis eorum. sce
leribus amputatis
hasinetque misera
cionis defensione pro
tecti ut in obserua
cione mandatorum tuorum
meriantur esse perfec
ti quatinus et in hac
uita uniuersa facino
ra karianet et ante con
pectu gloriae quae quando
que sine confusione per
uenianr. post nomina
piissime
Accipe dne tuorum suppli
cum uota et nomina
que tuo coram altario
conspicer recensire in
aeterno uitae libro cons
cribe conferre etiam
mihi indignum

et omnibus pro quib;
te supplex postolo ppe
tuam requiem aetribuae
famolorum tuorum illorum
vel omnium fidilium de
functorum ut in abra
he gremio conlocati
illuc penas evadant
inferorum et resur
reccionis tempore cetibus
eos sociare iubias
angelorum. Ad pacem
Deus qui caritatis es
auctur et puri pectoris
ac dilictionis amator
Suscipe offerentium
oblacionem et pro omnium
infirmorum christianorum
sana languores illorum
quo te medicante salu
tis recipiant et que
semper sanis iussionibus

apparèant. id diueq;
obnoxius quaeso. ut omn
metu territus. inopie
adflictus. tribula
tione uixatus. mor
bis obrutus. suppli
is deditus. debitis
oblegatus. in captiuita
te et peregrinatione
constitutos. cunctis
indulgenciae tuae pie
tatis absoluat. morū
emendacione releue
bit et miseracio cot
tidiana confoueat.
CONTESTATIO
Uere dignū et iustū est omp̄ ds̄
per xp̄m dn̄m n̄m. uerum
pontefice esse solū sine
peccati macola sacerdo
tē. per quem te aeterne
pater et dn̄e omnimoda

intencione deposito· ut
oblacionē hanc quam
pro famolis tuis offeri
mus ł benigne susci
pias egrotanciū medil
lā sanitatis in pcias
locum lucis et refrigerii
animabus defunctor
in pace uocatus tribuas
nostrā omniū humili
tatē intendas crimena
relaxis et peccata dimit
tas simulque oraciones
exaudias et ubiq; nos
protegendo custodias
ut heruti a uersitatib;
mundi hic et in eternū
sc̄ificati te incessabi
liter cū angelis et ar
changelis conlaude
mus ita dicentes sc̄s

epis pauli apost ad romi
FF obsecro uos per dnm nm
ihm xpm et per caritatem
spiritus sci ut adiouetis me
in oracionib pro me
ad dnm ut liberer ab infi
delib qui sunt in iudea
et obsequii mei accep
ta fit in hierusolima scis
ut ueniam ad uos per uolum
tatem di ut refrigerer
uobiscum. ds autem pacis
sit cum omnib uobis.
Lic sci euang sec luca
In tempore illo perambo
labat dns ihs hiericho et
ecce uir nomine zacheus
et hic erat princeps pu
blicanorum et ipse diues
et querebat ihm uidere
quis esset et non pote
rat pre turba

quia statura pusillus
erat. et precurrens as
cendit in arborem sycimo
rum ut uideret illum quia
inde erat transiturus.
et cum uenisset ad locum sus
piciens ihs uidit illum et
dixit ad eum. Zachee
festinans discende quia
hodie in domo tua opor
tet me manere. Et festi
nans discendit. et exce
pit illum gaudens et cum
uiderint omnes mur
murabant dicentis.
quod ad hominem peccato
rem diuertisset. Stans
autem Zaccheus dixit
ad dominum ecce dimidium
bonorum meorum domine do
pauperibus. et si cui
aliquid defraudaui.

Reddo quadruplum ait ihs
ad eum quia hodie salus
domui huic facta est eo
quod et ipse filius est
abrahae venit enim
filius hominis quaerere
et salvum facere quod pe
rierat

M̄ UOTIUA

Exultatio divina pater
na pietas inmensa maies
tas te suppliciter tremen
tis quidem precamur
pro servo tuo ill. ut des ei
dne mentem puram caritatem
perfectam in actibus
sinceritatem in corde pu
ritatem in opere virtutem
in necessitatibus fortitu
dinem in moribus disciplinam
et quod pro iustitiae quae
timorem integramentem

uel deuocione pro ipso qui tibi
offerimus pietatis tuae
obtinenda cognuscat

Secreta

Iteramus omp̄s d̄s depre
catione nostrā ante con
spectu maiestatis tuae
quem specialiter pro fa
mulo tuo ·ill· oblationē pro
peccatis uel pro auxiliū
eius offerimus ut efficaces
cias peticionis eius ascen
dant ad aures clemenciae
tuae et discendat super eū
pia benediccio tua ut
sub umbra alarū tuarū
in omnib: protegantur
et orationis nostre qs
propiciante pro ipso nō
refutentur a conspectu
pietatis tuae sed in omni
bus eum auxiliare adque de
fendere digneris.

Contestatio

Vere dign̄ et iust̄ est omps d̄s.
[illegible] cuius po
tencia deprecanda est.
misericordia adoranda
pietas amplectenda:
Quis enim dispotare pote
rit opus omnipoten
cis quae nec aures homi
num audire nec in cor ho
menis ascendere. nec
stimacio hominum pote
rit invenire quanta
sit. pietas misericordiae
quae quantum praeparas
scis et elictis quis. sed
in quantum possemus.
miseri terrem quidem
de consciencia sed fidi
de tuam misericordiam
veniam miseracionis et
refugium postolantes
ad quem in cum memoratione

scorum quorum petri et pauli
p quorum suffragia spe
rantes ueniam precamur
ut famolo tuo N. remissio
nem tribuas peccatorum
opus eius efficias uota con
donis dona idemque
seruo tuo N. intercede
tibus scis remedio ani
me sue quod postolamus
ut uota desideriorum eius
perficias presta omps
supplicantibus nobis in
dulgenciam postolanti
ueniam poscenti prote
ge te in nomen dni iacob mit
te ei auxilium salutis de sco
et de sion tuere eum
memor esto misericors
dns sacrificium eius et ho
locaustum eius.

ante conspectu omnium
scorum tuorū pingue fiat
p xpm dnm nm lc̄ liber ... spi
... salomonis
fili si quid vovisti dō nemo
neres reddere displicet
enim ei infidelis et stulta
promissio sed quodcūque
voveris redde multoque
melius est non vovere quā
post votū promissa non
reddere ne dederis os tuū
ut peccare facias carnem
tuā neq: dicas coram ange
lo non est providencia
ne forte iratus dš super
sermonis tuos dissipet
cuncta opera manū tuarū
ubi multa sunt somnia
plurima vanitas et sermo
nis innumeri tu vero dm̄ time

[illegible] S luca [illegible]
quis uestrum abit amicu̅
et ibit ad illu̅ media nocte
et dicit illi amice comoda
mihi tres panis quoniam ami
cus meus uenit de uia ad
me et non abeo quod po
nam ante illu̅ et ille de in
tus respondens dicat
noli mihi molestus esse iam
ostiu̅ clausum est et pueri
mei mecum sunt in cobile
non possum surgere et
dare tibi dico uobis et si
non dabit illi surgens eo
quod amicus eius sit prop
ter inportunitatem
tamen eius surgit et
dabit illi quod quod ha
bit necessarius et ego
uobis dico petite et da
bitur uobis querite

et inuenietis pulsate et
aperietur uobis omnes
enim qui petit accepit
et qui querit inuenit et
pulsanti aperietur:
M uotiua
Suscipe dn̄e supplicantes
serui tui uotiuum tibi
munus oblatum et mul
tiplici genere gratiarum
utque te fidelissimis uo
tis petunt que piissime
miseranter indulge
Secreta
Redimitur humane con
ditur d̄s dantes seruo quod
uota adipiscat quod im
petrare meriat quod
excoptat Contestatio
Vere dig̃ et iustum est omp̃s d̄s
per xp̄m dn̄m nr̄m
[illegible]

qui nobis nõ quã quo pla
ceris inspiras et uota
nos inspiracione remu
neras. te obsecramus.
supplice preci. ut hunc
seruo tuo .ĩ. oblacionẽ
dignanter accipias et
in eius humilitatẽ inten
das peccata dileas. ora
cionẽ accipias. ut libera
tus ab omnia aduersitate
et hinc et in aeternũ. iusti
ficatur cum anĉt. sine fine
conlaudent dicentis scs s[cs] ... p[ost]
lectio epistule beati ...
[E]pis pauli apostoli ad romanos
F. quecumque eni scrip
ta sunt ad nostra doc
trinã scripta sunt ut
p pacienciam et consola
cionẽ scripturarum
spem abeamus. ds autẽ

pacientie et solacii det
uobis idipsum sapere in alte
rutrum secundu ihm xpm
ut unianemis uno ore
honorificetis dm et patrem
dni nri ihu xpi propter
quod suscipite inuicem
sicut et xps suscipit uos in
honore di. lec sci euang.
S. luca In illo tempore
dni nri ihs xps cum adpro
pinquassit hiericho cecus
quidam sedebat secus uiam
mendicans et cum audiret
turbam preter euntem
interrogabat quid hoc
esset. dixerunt autem ei
quod ihs nazarenus tran
siret. clamauit dicens
ihu fili dauid miserere mei
et qui preibant increpa

bant ei ut taceret ipse
vero multo magis clama
bat. fili david miserere
mei: Stans autem ihs ius
sit eum adduci ad se et
cum adpropinquasset. Inter
rogabat eum dicens quid
tibi vis faciam. at ille dixit
dne ut videam. et ihs ait illi.
respice fides tua te sal
vum fecit. et confestim
vidit. et sequebatur illum
magnificans dm. et omnis
plebs ut vidit dedit laudem
do. ITEM MISSA MONACHI
Dne quia acceptiora sunt
votis fidelium quam munera;
ff k suppliciter deprecimur
ut hanc oblationem famo
lo suo. dignanter accipi
as. tribuas ei magni

propaRuit: pro tempora
labus prem sansempiterna
des et auxilium tuae presidi
um gratiaeque ut quod hu
militer implorat dnm lar
gientes suscipiat: Secreta
Omps misericors ds cuius
redditur uotum in hierus
alem exaudi preces famo
li tui memores sacrifi
ciis sui fiat holocaustum sua
tribue et deuociones gra
tiae tuae comple in bonis di
siderium suum et corona eum
in misericordia tibi dne
qui fidele deuocione famo
latur ignosce facinora et
neglegenda conmittat
paterna pietate castiga
uere dignum et iustum omps ds
te laudare te benedicere

te que glorificare tuae
maiestatis. ac uolunta
tem semper obtempera
re. In quo est salus omni
um populorum. Cui Abel
munera obtulit. Cui A
braham holocaustum of
ferre decreuit. Cui Iacob
uotum uouit et reddedit.
misereri domine seruo tuo ill.
qui in honore sanctorum ill. uo
torum munera offerit.
per suffragia orationum
sanctorum tuorum te protectorem
suum semper agnuscat.
et sua auxilium opem in
desinenter inueniat.
illum glorietur recipe
re premium. qui deuoto pec
tore ad alta contempla
tiones suspendere.

quere enim ds. qui nullum tibi pe
rire uis. sed omnibus reddis.
magna pro paruis. pro
morte uita pro pena glo
ria. pro uotorum officia
premia tribuas sempiter
na per xpm dnm nm iam in uo iuc
Ds qui uulnere passionis et
crucis nostrorum uincola solue
no tuam hanc seruo tuo ill. sus
cipe precem in omnibus pro quibus
te poposcerit fideli deuocione
exaudire digneris dic [illegible]
ut redicet [illegible] per dnm.
Qui ob hoc peccatorum non re
nuis postolata pro quod te
dne supplices postolamus ut
horum seruo tuo ill. dilecta dilear
petitionis impleat et ipse
uerantia in bonis beni
operis tribuas per xpm dnm nm
per quem maiestatem tuam [illegible]

Fr̄s qui sub potestate
dn̄i sumus mandatũ di
custodire debemus. Qui
custodiunt precepta dn̄i
abent uitã aeternã et
qui negant mandata di
adquirunt ruinã et in
hoc secunda morte pre
ceptũ dn̄i hoc est; Non
periurabis non furtũ
facies. Non adulterabis
non falsũ testimoniũ
dices non accipies mune
ra contra ueritatẽ. Ne
p potestatẽ qui abet po
testatẽ abnegat ueri
tatem abnegabitur
illi regnũ di et conculca
bitur in infernũ ibi
non egreditur bis
quomodo sumus

fragiles et preuaricato
res et gentes peccatu(m); Non
p(er) singolus dies pene temus
sed p(er) singolus dies pecca
tis sup(er) peccatu(m) facemus
nesciates hoc k(arissimi) f(rat)r(e)s quia
opera n(ost)ra scripta est. In
hoc libro in cu(m) memora
cione erit nobis in die
iudicio; ibi nec testes ibi
nec pares ibi nec p(er) mu
nera iudicabitur; quia
non est melior quam fi
des. ueritas. castitas.
ieiunius et elimosina
qui extinguit omni pecca
ta; et quod tibi non uis
alio n(on) facias. sic populo
regnum d(e)i. et accepit co
rona quod dixit xp(istu)s in
euangelium super iudic

[illegible]

Maiestatem tuam clemen
tissime pater exoramus
pro fratrib; et sororib;
nostris seo omnib; be
nefactorib; nris uel qui
se in nris orationib; con
mendauerunt tam pro
uiuos quam et solutis de
bitum mortuis quorum elimo
sinas erogandas suscepi
mus uel quorum animas ad
memorando conscripsimus
uel quorum nomina sup scm
altario scripta adesse ui
dentur concede propitius
ut haec sacra oblatio mor
tuis prosit ad ueniam et
uiuis proficiat ad salutem
et fidelib; tuis pro quibus
oblationem offerimus
indulgentia tuae pietatis
succurrat. Dic: Secre
ta alia

Precis nr̃ ardementer
si me ds̃ benignus exau
di suscipe propicius
oblacionẽ adq; libamina
pro fratrib; ac sororib;
nostris quam tibi offe
rimus seo cunctis bene
factorib; nr̃s tam pro
uiuis quam mortuis uel fi
delib; quis pro quib; o
blacionẽ offerimus
cunctis proficiat ad sa
lutem [illegible]
[illegible] ds̃
uota humilium nam et
dexterę tuę maiesta
tis extende ut animab;
famolar; famularũ
que tuar tam pro uiuis
quam e solutis debete
mortis quor animas
[illegible]

ad memorandū cons
cripsemus fideliū catho
licorū ortodoxorū qui
tibi placuerunt. quorū
conmemoracionē agemus
uel quorū nomina sup
scm altarium scripta
adest: euidenter re
missionē peccatorū in
dulgenciam quam semp
optauerunt piæ sup
plicacionebus conse
quantur per xpm dnm nm (u)
ic sci euang sec luca
ieb: illis dixit dns ihs turb
imilitudinem hominis
cuiusdam diuiter uberes
fructus ager adtulit
et cogitabat intra se dicens
quid faciā quod non abio
quo fructus meos congregē
et dixit: hoc faciam

distruam orrea mea et
malora facia~ et illuc con
gregabo omnia que nata
sunt mihi et bona mea~
et dica~ anime mee Ani
ma habes multa posita in
annos plurimus requi
esce: comede bibe: aepulare
Dixit autem illi ds stulte hac
nocte anima~ tua~ repetun
t a te; que autem parasti cuius
erunt. Sic est qui sibi
thesaurezat et non est
in deo dives dixitq; ad
discipolus suos ideo dico
uobis nolite solliciti esse
anime quid manducetis
neq; corpore quid uestia
meni anima plus est quam
is caet corpus quam uesti
mentu~ Considerate cor
uos quia non seminant
neq; metunt quib; non
est cellariu~ neq; horreu~
et ds pascit illus quanto ma
gis uos plures estis illis

Protegatur in te spe
rantium d(eu)s et subdita
ru(m) tibi mentiu(m) custor
habitantibus in hac do
mu(m) famolis tuis ut pro
picius adesse dignare
ueniat super eos sperantes
ad te benedictione(m) sub
uertas ut pietatis tuae
repleti muneribus in qua
gracia et in tuo nomine
laetis semper exultent. Secreta

Suscipe d(omi)ne q(uae)s(umus) preces
et hostias famolorum tuorum ut
et murorum custudie quae
hanc domum circumdat
ut omnia aduersitate
depulsa sit hoc sem
per domicilium incolomi
tatis et pacis perueniat

CONTESTATIO

Uere dig et iust omps ds
benignus indultur
in secrete officiis
nri et in hanc domum
manentib; presen
tie tue concede custo
diam familie quae
defensor hac totius
habitaculi huius ha
bitatur appareas

factum est uerbum dni
ad me dicens. quid est
quod inter uos parabo
lam uertitis in prouer
bium istud in terra isrl
dicentes. patres comedi
runt uuam acerbam
et dentes filiorum obs
tupescunt. uiuo ego di
cit dns ds. ecce omnes
animae meae sunt ut a
nima patris ita et ani
ma filii mea est. anima
qui peccauerit ipsa
morietur. et uir si fu
erit iustus et fecerit
iudicium et iustitiam de
montibus non comederit
et oculos suos non

eleuauerit ad idola do
mus isrl et uxorem pro
ximi sui non uiolauerit
et ad mulierem menstrua
tam non accedat et homi
nem non contristauerit
pignus debitori redde
dirit per uim nihil ra
puerit panem suum esu
rienti dederit et nudum
operuerit uestimento
ad usuram non commen
dauerit et amplius non
acceperit ab iniquitate
auerterit manum suam iudi
cium uerum fecerit inter
uirum et proximum in prae
ceptis meis ambolauerit
et iudicia mea custodierit
ut faciat ueritatem hic iustus
est uita uiuit ait dns ds.

[illegible]

ff Fructus autem sp̃s est
caritas gaudium pax lon
ganemitas bonitas be
nignitas fides modestia
contenentia adversus
huiusmodi non est lex
Qui autem sunt xp̃i carnē
suā crucifixerunt cū
uitiis et concupiscentiis
Si sp̃u uiuimus sp̃u et ambu
lemus non efficiamur in
anis gloriae cupidis inue
cim prouocantes inuicē
inuidentes ff et si pre
occopatus fuerit homo
in aliquo delicto uos qui
sp̃itales estis huiusmodi
instruite in sp̃u lenita
tis considerans te ipsũ
ne et tu tempteris

alterah ... ior honorae
portate et sic adimplebetis
Legem xpi. Lc. sci. euang. sc. mat
Diebus illis accedens unus
de scribis ad dnm ihm et di
cit illi. magister bone quid
Bonifaciam ut abiam uitam
aeternam. qui dixit ei. quid
me interrogas de bono unus
est bonus ds. si autem uis ad uitam
Ingredi serua mandata.
Dicit illi quae. ihs autem dixit.
non homicidium facies.
non adulterabis. non faci
es furtum. non falsum testi
monium dices. honora patrem
et matrem. et diliges proxi
mum tuum sicut te ipsum.
Dicit illi adulescens. omnia
haec custodiui quid adhuc mi
hi deest. ait illi ihs


si uis perfectus esse uade et
uinde que habes et da pau
perib; et habebis thesauro
in celo et ueni sequere me.
Cum audissit autē adules
cens uerbū abiit tristes.
erat enim habens multas
possessionis. ihs autem
dixit discipolis suis. amen
dico uobis. facilius est ca
mellū per foramen acus tran
sire quam diuitē intrare
in regnū celorū. Auditis
autem his discipoli mira
bantur ualde dicentes.
quis ergo poterit saluos
esse. aspiciens autē ihs
dixit illis. apud homenis
hoc inpossebile est. apud
dm autem omnia possi
bilia sunt. Tunc respon

derit petrus dixit ei ecce
nos reliquemus omnia
et secuti sumus te quid
ergo erit nobis ihs
autē dixit illis amen
dico uobis quod uos qui se
cuti estis me in genera
cione cum sederit filius
hominis in sede maiesta
tis suæ sedebitis et uos
super sedes xii iudi
cantes xii tribus isrl et
omnes qui reliquid do
mū uel fratres aut so
rores aut patrē aut
matrē aut uxorē aut
filius aut agros propter
nomen meū centuplum
accipiet et uitam æ
ternā possedebit multi
autē erunt primi nouissimi
et nouissimi primi

MISSA DOMINICALIS

Post prophetiam:

Dne ihu xpe es spes et salus
humani generis qui ad
nos ueniens e caelo uisi
tare dignatus est et an
tiqua morte peccati per
miserationis tuae miste
ria redemisti qui in lu
xisti nobis qui erabamus
in tenebris et uitale diem
in umbra mortis seden
tibus intulisti respice
dne et dirige pedis nos
tros in uia pacis p pref



ne ds incompre
hensibile et in
enarrabelis
qui dixisti non
uini uocare ius
tus sed peccatores ad

penitentiam. et cū pro
fectu nostrū. non egeas.
gaudes tamen super pec
catorē penetenciam.
agentem quia non uis
mortē peccatoris. sed
ut conuertatur et uiuat.
Conuerte nos dn̄e ad te et
conuertimur. Conuer
te nos ds̄ salutaris noster
et ne ep̄das nos cum pecca
tis nostris. ne tradas nos
in finē. ne intres in iudi
cio cū seruis tuis. ne tra
das bestiis animā confi
tentē tibi memento con
gregationis quae et dire
ge nos in uia recta. doce
nos dn̄e facere uolun
tatē tuā quia tu es ds̄
noster. Statue pedis

In consumat ione [illegible]
lo uante uincamus anti
qui hostis insidias ut libe
ri ab infestatione inimi
cis seruiamus tibi in scita
te et iusticia: omnib; dieb;
uite nostre Collectio
Dne ds omps qui saluos
facis sperantes in te qu
clementissime qui reuo
cas errantes tu misericor
dissime qui non dispicis
peccatores. tu dne pater
cum ceciderit iustus ma
num apponis. qui excelsus
in celis habitare te pro
misisti in terris. ubi sunt
congregati in tuo nomi
ne duo uel tres. te dne
tenemus promissorem
uades ueniā penitentib;

teinueniantomnes
quiquerunte te terex
glorie xp̄i tu rex omnes
terre ds̄ tu rex uirtutū
te per scrutatorē con
siliciarū nostrarū sci
mus ideo et ueniā pete
mus dilictorū & tu mag
nus dn̄s et laudabelis
ualde te precamur ut
sis nobis propicius.
Ate speramus auerte
faciim tuā a peccatis
nostris et omnes iniqui
tatis nostras dele; te ob
secramus qui premia
paras iustis. da ueniam
peccatoribus tibi con
fitemur mala nostra
ut mereamur consequi
bona tua posinoīn

[D]ne ds abraham ds isaac
[e]t iacob ds patriarcharum
prophetarum apostolorum
et martirum omniumque
scorum. Sicut propicissi
ma misericordia tua
dedisti eis. uoluntatem
ueniendi ad te clemen
tissime pater da seruis
tuis intellectum. uirtutem
et possebilitatem. ut tibi
secundum uoluntatem
tuam seruiamus. Sps
tuos bonus deducat nos
in uia recta. da incipi
entibus perfectionem
da paruolis intellectum
da currentibus ad
iutorium. da neglegen
tibus conpunctionem
da tepidis spm feruen
tem. da perfectis

bonā consummationem ;
Loquatur os nostrum
laude tua et per singulos dies
Benedicamus te et lau
demus nomen tuum in
æterna sc̄la sc̄lor. ad pac
Ds̄ pax et caritas te de
precamur sc̄e pater
omp̄s æterne ds̄ libera
nos ab omni temtatione
adiuva nos in omni certa
mine consolare in omni
tribulatione da nobis
patientiā in aduersis
da nobis ut te puro corde
adoremus tibi munda
conscientia psallamus
tibi toto uirtute serui
amus te benedicimus
trinetas sc̄a tibi gratias
agimus te per singulos
dies laudamus te de pre

222

[cl]amur abba pater sua
m sit tibi laudacionos
[illegible]ns sitque acceptabiles
oracio nostra [illegible]
[illegible]
dñe rex celestium rex
regum ds deorum et dns
dominorum tibi gracias
agere laudum hostias im
molare Exaudi oracio
nem et deprecacionem fa
molorum famolarumque tuarum
[illegible]ribus percipe lacrimas
eorum abba pater Imple
nominis tui officium
super famolus et fa
molas quas que eos rege
tu protege tu conser
ua tu sacrifica tu guber
na tu consola Sicut
non es dedignatus
congregare

et uocaret eos· ita quo in
flamentur amore ut
ad te non dispiciantur
dñe clementissime et pi
issime pater· Oro te dñe
non periat in nobis fac
tura redimcionis· et uoca
cio tua· Sicut uocasti er
rantes· ita cus audi in hoc
ouile habitantes preca
mur te dñe sc̄e pater omp
aeterne dr̄ exaudi famo
lus tuos· quia benigna est
misericordia tua· con
cede eis· ut tuo sc̄o sp̄u
inflamentur· tua uir
tute firmentur quo
splendore inluminen
tur qua gratia replean
tur· cum quo adiuturio
proficiant· donatis
dñe fidem rectam

caritatē perfectam
humilitatem ueram
concede dn̄e ut sit in no
bis simplex affectus
paciencia fortis. obe
diencia pseuerans.
pax ppetua. mens pura
rectum et mundū cor
uolumtas bona consci
encia scā. conpunctio
spītalis uirtus anime
uita inmacolata. inre
prehensibiles consu
macio que uiriliter
curso in quo filiciter
meriamur intrare
rignum cuius merito
in apocalypsin scī iohān
Ego iohannes uidi seden
tem super tronū, et in
dexterā sedentes super trono
librum scriptum

Intus et foris signatū sig
illis septem. Et uidi angelū
fortē predicantē uoce
magna et dicentē. quis est
dignus aperire librum.
et soluere signacola eius.
Et nemo poterat. Et ego
flebā multū. quia nemo dig
nus inuentus est aperire
librū et uidere eū. Et unus
de senioribus dicit mihi.
Ne fleueris, ecce uicit leo
de tribu iuda. radix dauid
Aperire librū et septem
signacola eius, Et uidi. et
ecce in medio troni. et quat
tuor animalium. et in medio
seniorū agnum stantem.
quasi occisum. habentem
cornua septē. et oculus. vii.
qui sunt spr̄ di missi in om
omnem terram. Et uenit

et accepit librum: et quat
tuor animalia: et uiginti
et quattuor seniores
ceciderunt coram agno
et cantant nouu canticu
dicentes Dignus es ape
rire libru et signacula
eius qm occisus es et re
demisti nos do in sanguine
tuo Et omnes audiui dicen
tis sedenti in trono et ag
no benedictio et honor et glo
ria et potestas in secula
sclorum amen qui habet aure
audiat quid sps dicat ecclesiis:

Si Cum ergo xps predicatur
quod a mortuis resurre
xit quomodo dicunt quida
in uobis qnm resurrectio
mortuoru non est Si
autem resurrectio mor-

quorū non est neque xp̄s
resurrexit; si autē non
resurrexit; sine causa est
ergo et prędicatio nostra
et fides uestra uacua. Inue
nimur autē falsi testes dī.
q̄nm testimoniū diximus
aduersus dm̄ quod suscitaue
rit xp̄m quē non suscitauit.
Si enim mortui non resurgunt
neque xp̄s resurrexit. Quod
si xp̄s non resurrexit sine
causa est fides uestra ad
huc estis in peccatis uestris.
Ergo et qui dormierunt in
xp̄o perierunt. Si in hac uita
sola in xp̄o sperantes sumus.
tantum miserabiliores sumus
omnibus hominibus. q̄nm in
adā omnes moriuntur ita
et in xp̄o omnes uiuificabun
tur·l·ii sci euaÑ̄ math

Diebꝫ illis conuocatis ad se
dn̄s ihs turbis dixit eis·
Audite et intellegite non
quod intrat in os coinqui
nat hominem· Sed quod
procedit· ex ore hoc quoin
quinat hominē· tunc ac
cesserunt discipuli eius di
xerunt ei· Scis quia phari
sei· audito hoc uerbo· scan
dalizati sunt· ad ille respon
dens ait· Omnis plantatio
quam non plantabit pater
meus caelestis eradicabitur·
Sinete illus caeci sunt duces
caecorū caecus autē si caeco do
catū praestit· ambo in fouea
cadunt· Respondens
autē petrus dixit eis
Edissire nobis parabolā
istā· At ille dixit· adhuc
et uos sine intellectu estis·

nonintellegitis·quiaomne
quodinos·intratinuentre
uadit·etinsecessummittitur·
Queautemprocedunt de ore
decordeexeunt·eteaquoin
quinanthominem·Decorde
enimexeuntcogitationis
malehomicidia·adulteria
fornicationis·furta·fal
satestimonia·blasphemiae
haecsuntquecoinquinant
hominemnonlotisautem
manibusmanducarenon
quoinquinanthominem·
E[illegible]
secessit·inpartestyrietsi
donis etecce mulierchana
nea·afinibusillis egressa
clamauitdicensei·miseri
remeidnefilidauid filia
mea·maleademonio·
[illegible]xatur·quinonrespon

dit ei uerbū· et acceden
tes discipoli eius· rogabant
eum dicentes dimitte eam
quia clamat post nos· Ipse
autē respondens ait· Non
sū missus nisi ad oues que
perierunt domus isrl̄
At illa uenit et adorabat
eum dicens· dn̄e adiuua
me· qui respondit ait· Non
est bonū sumere panem·
filiorū· et mittere canib;
At illa dixit· etiam dn̄e· nam
et catelli edunt de mensa
dominorū suorū· tunc
respondens ihs ait illi·
O mulier magna est fides tua
fiat tibi sicut uis· et sana
ta est filia eius ex illa hora·

MISSA DNICALIS

Oremus ff̄ k̄ unianimes
adque concordis ut ede

ecclesiā suā· dn̄s in pace con
stituat· clerum suum· celesti
benedictione circumdet·
plebē suā donis repleat· spi
ritaliū gratiarū· ut quietam
uitam agentes aeterno dn̄o
inlibate seruiamus· coll·
Sempiternū dn̄m infinitū·
ingenitū inmortalē· deuo
ta mente et desideriorū cor
dis habitatorē· deprecimur
ut aecclesiam scām catholicā
ppetua defensione que-
atur post nomina
Dn̄e ds̄ dilectionis et pacis·
in cuius dextera salus nos
tra est· praesta ut ad te non
ore tantū sed et corde ui
celimus· timorē tui nomi
nes nostris emitte uisce
ribus· et amorē infunde
pectoribus p̄· ad pacem

Presta nobis domine in domo
tua sancta unanimitate
uiuentibus pacem habere
quam tradedimus pacem ser
uare quam sumimus. Contest

Uere dignum et iustum omnipotens deus.
per christum dominum nostrum. Cuius uoce
adam audiuit exmuit
ipsius aspectum abel quesiuit
et meruit. Cuius nomen
enos credidit et uocauit.
ipsius gratia noe iustifi
catus inuenit. Cuius bene
dictionem abraham uoca
tus accepit. ipsius carita
te isaac probatus agnouit.
Cuius sanctificatione iacob
electus emeruit. ipsius
ignem moyses miratus ins
pexit. Cuius doctum iesus
sibi conscius adorauit.
ipsius fluctuante debbora cantauit
in uoce

cuius potenciā gedeon·
probabit in uellere: ipsius
fortitudine samson os-
tendit in crine cuius
maiestate(m) samuhel uidit
in xpo ipsius magnitudinē
dauid exultauit in tim
phano cuius honore sa
lomon glorificauit in
templo, ipsius ascensione
helias prefigurauit in cur-
ro cuius dono uidua be
nedixit in oleo, ipsius uiui
ficatione heliseus indicat
in sepulchro cuius pacien-
tia hieremias docuit in
lacum. ipsius misericor
dia zerobabil predica
uit in reditū cuius opus
patriarcharū furma
distinxit: ipsius pro
piciatione sacerdotū

preparatio declarauit
cuius longaminitate-
iudicii aequitas protulit
ipsius sapiencia regum
uita deseruit· cuius spu
prophetarum ueritas
adprobauit· ipsius aduen
tum zaccharias castiga
tus ostendit· cuius intro
itum iohannes precursor
admonuit· ipsius natiui
tatem uirgo protulit stella
precessit angelorum uox
sacra cecinit pastorum
uigil sollicitudo puidit·
magorum trepida oblatio
muneris honorauit·
Cuius passionem mundus
non sustenuit· sol refugit
cuius resurrectionem ad-
sistentes sustentauerunt
angeli cum resurgentem·

glorificauerunt scli
cuius regnum omnium
sum · celerrimum · emerret
quia infernorumque concen
tu animaliū · seniorum
signatorū · incessabile
uoce proclamabant dicen
tes scs ... proq
dns ... legenda

Haec dicit dns inferte om
nē decimā in orreo meo
et sit cibus in domo mea
et probate me super hoc
dicit dns si non aperue
ro uobis catharactas caeli
et effudero uobis bene
dictione usque ad abun
dantia et increpabo
pro uobis deuorantem
et non corrumpit fruc
tū terrae uestrae nec erit
sterilis uinia in agro

dicit dn̄s exercituū. Et
beatos uos dicent om
nes gentes. Eritis enī
uos terram desiderabi
les. dicit dn̄s exercituū.
Inualuerunt super me
uerba uestra. dicit dn̄s.
Et dixistis. quid locuti
sumus contra te. dixistis
uanus est qui seruit dō.
Conuertimini et uidebi
tis quid sit inter iustum
et impiū. et inter serui
entē dm̄ et non seruien
tem ei. Ecce enim dies
uenit succensa quasi
caminus. et erunt om
nes superbi et omnes fa
cientes impietatem
stipula et inflāmauit
eos dies ueniens et
orietur uobis timen

tibus· nomen meum so(l)
iustitiae et sanitas in
pinnis eius· et ecce ego
mittam uobis heliam
prophetam antequam
ueniat dies dn̄i mag
nus et terribilis· et
conuertet cor patrum
ad filios et cor filiorum
ad patres eorū· ne for
te ueniam et percutiā
terrā anatemate ala
dn̄s d̄s

epis pauli apostoli

romanu III

NON ERGO REGNET PEC
catū in uestro mortali
corpore ut obediatis
concupiscentiis eius·
sed neque exhibeatis
membra uestra arma
iniquitatis peccato
sed exhibete uos dō

tamquā ex mortuis ui
uentis· et membra ues
tra arma iusticię dō·
peccatū enim uobis non
dominabitur· non enī
sub lege estis sed sub gra
cia· quid ergo peccaui
mus· q̄nīā non sumus sub
lege sed sub gracia· absit·
Nescitis cui exhibuistis
uos seruos ad obediendū·
serui estis eius cui obedi
tis, siue peccati in mor
tē· siue obedicionis ad ius
ticiā· Gracias autem dō·
quod fuistis serui pecca
ti obedistis autem ex
corde in eam formā doc
trine in qua traditi
estis· Liberati autē a pec
cato serui facti estis
iusticię p̄ ihm xpm dnm

[illegible]

Similefactūestrignum
celorū· homeniquiseme
nauitbonūsemeninā
grosuo· Cumautē dormi
renthomenis· uenitini
micuseius· etsuperseme
nauitzizania· inmedio
tritici etabiit· Cumautē
creuissetherba· etfructū
fecissit· tuncapparue
runtzizania· accedentes
autēserui patrisfamilias
dixeruntei· dn̄enonnebo
nūsemenseminastiin
agrotuo· undeergohabit
zizania· etaitillis· inimicus
homohocfecit· Seruiautē
dixeruntei· uisimus· et
collegimusea· etaitillis·
non· nefortecolligentis
zizania· eradicetissimul

cum eis et triticũ· Sinite
utraq; crescere usque ad
messem et in tempore
messis dicam messoribus; colle
gite primũ zizania et alle
gate ea fasciculus ad cũbu
rendũ· triticũ autẽ congre
gate in orrio meo
Lo[illegible] in para
bolis ad turbas· et sine pa
rabolis· non loquebatur
eis· ut impleretur quod
dictũ est per prophetã· di
centẽ aperiã in parabo
lis· os meũ· eructuabo abs
consa· a constitutione mun
di· tunc dimissis turbis
uenit in domũ· et accesse
runt ad eum· discipoli eius·
dicentes; dissere nobis pa
rabolam zizaniorũ agri·
qui respondens ait·

qui seminat bonum semen
est filius hominis. Ager
autē est mundus. Bonum
uero semen hi sunt filii reg
ni. zizania autem. filii sunt
nequā. qui seminauit ea. est
diabolus. messis uero consū
macio sc̄li est. messores autē
angeli sunt. sicut ergo colligun
tur zizania et igne conbu
runtur. sic erit in consumma
cione sc̄li. mittet filius home
nis angelos suos et colligent
de regno eius omnia. scan
dala et eos qui faciunt ini
quitatem. et mittunt eos.
in camino ignis ibi erit fletus
et stridor dencium. tunc
iusti fulgebunt sicut sol
in regno patris eorum.
qui habet aures audiendi
audiat.

MISSA DNICALIS [illegible]

Benedicte tercēds sinktuisista
plebē tuā· benedic popu
lum tuū· et libera eum a
peccatis eorū, et presta
dne uirtutē tuā· ut de manib;
inimicorū· nostrorū· li
berimur· et tibi soli· seruire
meriamur· cum inucencia
et castitate omnib; nostris·
et dirige pedis nros in uia
pacis ut uolumtatē tuam·
in omnibus implere possi
mus· p [illegible] prefatio

Dremur dnm dt nobis quia
amara· nobis aduenient·
tempora et periculosi ad
proximant anni· mu
tantur rigna· uocantur
gentis· excedit caritas
exsurgit iniquitas· incre
pit copiditas· preualuit
impietas.

et in miserorū creaturę
fugit. dum ergo tempus
est. conuertamur ad dnō
flectamus genua. corui
mus ceruices. rogemus dm̄.
patrē omp̄m qui clamantes
tes ad se clementer exaudit.
et sperantes in se non dere
linquid. Quā magna
est misericordia tua dnē sub
uenire captiuis. miseris par
cere indulgere peccantib;
peregrinis consolare oppres
sis subleuare. rogantibus
audire. non habentib; dare.
ueniā peccantib; dare
gentis barbaras ad inuo
cationē nominis tui conuer
tere ad illā misericordiam
conuerte nos quā rogantib;
nobis pius et misericors dr̄.
exaudire digneris p interuen
tus scē mariæ

Celestiū uitae aeternae ad
oremus dnm̄ ffk· suppli
citer· deprecimur· ut po
pulū suū semp ubiq; custo
diat protegat· adq; defen
dat· principis militat·
potestatis gubernat· iudi
ces regat· nocentes· repre
mat· hostes repellat· labo
rantib; opem tribuat·
oppressis liberet· uinctis
demittat· captiuos reuo
cet· lapsus restituat· con
tritus foueat· languedus
curet· cunctorū misericor
dia subueniat pius et mi
sericors dš precis nostras
propitiatus exaudiat· uiii·
Dš pater omps bonus ac mi
tes es· qui dnm̄ nm̄ ihm̄ xpm̄·
hoc sede leticie cum ergo
qui ascensurus es in celo

pacem suam dare nobis.
pacem suam relinquere ser
uis suis. Respice domine sancte de
sie tuae catholice signum pacis
inpone, fiat in ueritate quod
dedicitur et quod titulum im
pleantur. pacem teniant.
sacerdotes. pacem habiant
diuites. pacem habiant pauper
pacem gaudiant locupletis.
pacem mitiscant barbare
nacionis. pacem custodiant libe
ri pacem sentiant serui.
pacem cogitent reges. pacem
faciant principes. pacem
tuam omnipotens deus da nobis per inter
cessionem beatissimi Iohannes
Baptiste meriamur accepe
re [illegible]
ueredicere tera omnipotens deus
qui cum patribus nostris ueniam
supplicantibus tedne quia

tempus est nec esse pene
tendi · ue none grediamur
alieni ⊙ magnū · ualle io
saffath · ubi omnes ad iudi
cium ueniant · ubi erit discus
sio inter iustum et iniustus ·
ut cognuscatur · mendaces
et ueraces · in illo die iudicii ·
ubi nulla est accusatio nec
excusatio ubi nec fides
datur · nec fides repellitur ·
Ubi iusti soluuntur · et pec
catores ferro ficati tenen
tur ⊙ magnū regē quid e pro
fundo bono adducit et
malo repellit · iusti elegen
di sunt · peccatores tor
quendi · iusti ad uita pecca
tores ad gehenda · nec pa
ter filiū · nec filius patrē
lucebit · se unus quisque
lucebit · nec nullus nullum

requirit quia omnes scop:
ditas requiescit. O mag
nū diem iudicii. ubi nec mor
tui resd̄ efficiunt nec mor
tui moriuntur. timiamus
dum uacat. nec timiamus
ubi non uacat. timiamus
gehennam quod est in aeter
nū malo cum dō uiuamus.
quod est in aeternū bonum.
p̄ xp̄m dn̄m n̄m cuy merito.
Item missa dominicalis
Vere dig̃ et iust̄ est omp̄ r̄ dš:
te glorificare et tibi cum
timore et tremore in men
sa laudis canere dš n̄ r̄
qui per filiū tuū dn̄m n̄m
genus humanū iudicare
disposuisti. O quā magna
et alta sapientia factum
est hoc. ut a illo dn̄i n̄ri ihu xp̄i
uenerabile sanctum.

etpretiosusfurima·iudi
carequecrudelissima,
plebsiudeorũ·presum
sitsauciare·illeuentu
rusestiudicarequipenã
sustenuit·illeuenturus·
estiudicarequicrucem
portauit·illeuenturus·
estiudicarecuiuslatus·iudai
capf·idiauulnerauit·
illeuenturusmanustenit·
adiudicandũ·ubiclaui
confixaesunt·etipsasig
napermanitinaeternũ·
sicutscriptũest·uide
buntquemtransfixerunt
etplangentsecunctae
tribusterre·ibierit·
tribulatioetimpiiscon
demnatioillierit·iustis·
exultatioetimpiiscon
demnatioillierit

iustis iocundiatur · et impiis ·
verecundia · ... erit iustis
gracia defusa et plebis
iudeorum erit confusa · O
quam · gravis et laboriosa
est dies illa · O quam terrebi
lis et orrebilis est dies illa
dies ire · dies tribulacionis
et angustie · dies calamita
tis et miseries · dies tenebra
rum et caliginis · dies nebule
et turbidines · dies tube et
clangores · ubi celum cum terra
contremiscit · et omnes elus
terribiliter conturban
tur · ubi omnes causas ven
tilatur · et unicuique secun
dum opera sua dispensatur
per xpm dnm nm cum merito ·

Fr mortificate membra
uestra que sunt super
terrā fornicationē.
Inmundiciā libidinem
concupiscenciā malam.
et auariciā que est simu
lacrorū seruitus. prop
ter que uenit ira di̅ sup
filios incredulitatis. In
quib; et uos ambulastis
aliquando cum uiueritis
in illis. Nunc autē depone
te uos omnia iram indig
nacionē maliciā blas
phemiā turpem sermo
nē de ore uestro nolite
mentire in inuicem; ex
poliantes uos ueterem
hominē cum actibus suis.
et induentes nouum
eum qui renouatur.

in agnicione secundum
imaginem eius qui cre
auit eum ubi non est
gentiles et iudeus circ
cisio et prepucio; bar
barus et schyta seruos
et liber sed omnia et in
omnibus xpr.
Lectio sci euang sec math
dieb. illis dixit dns ihs discipulis suis.
Cum uenerit filius home
nis in maiestate sua et
omnes angeli cum eo tunc
sedebit sup sedem maiesta
tis suae, et congregabun
tur ante eum omnes
gentes et separabit eos
ab inuicem sicut pastor
segregat, oues ab hae
dis tunc dicit rex
his qui a dextris eius
erunt

uenitebenedictipatris
mei possedete paratū
uobisregnū aconstitu
tionemundi. Esuriui
enim etdedistismihiman
ducare, Sitiui etdedis
tismihi bibere, hospes
eram etcollegistisme
nudus etcooperuistis
me Infirmus etuisi
tastisme Incarcere
eram etuenistisadme
Tunc respondebunt
eiiustidicentes dn̄e
quando te uidemus
esurientē etpauimus
sitientē etdedimustibi
potum quando autē
te uidemus hospitem
etcollegimus et aut
nudum etcooperui
mus

aut quando te uidemus
infirmu aut in carcere
et uenemus ad te. Et res
pondens rex dicit illis
amen dico uobis quam
diu fecistis uni de his fra
tribus meis minimis mihi
fecistis. Tunc dicit et
his qui a sinextris erunt
discedete a me male
dicti in igne aeternum
qui paratus est diabolo
et angelis eius; Esuriui
enim et non dedistis mihi
manducare; Sitiui et
non dedistis mihi potum
hospis eram et non col
legistis me; nudos et
non operuistis me
Infirmos et in carcere
et non uisitastis me

Tunc respondebunt
ei ipsi dicentes: dne quan
do te uidimus esurien
tē aut sicientem aut
hospitem aut nudum
aut infirmū uel in car
cerē et non ministra
uimus tibi. Tunc respon
debit illis dicens. Amen
dico uobis quamdiu non
fecistis uni de minorib;
his nec mihi fecistis. Et
ibunt hii in supplicio ae
terno iusti autē in uitā
aeternam.

MISSA DNICALIS

Dirige omps ds domina
tur gressus nostros
in uia pacis et sensus
nostros conrobora

in mandatis tuis ut cum te
et nos oriens ex alto et
in lumine eos qui in tene
bris et umbre mortis
sedent ut te adorent prop
ter misericordiam tuam te se
quantur propter ut frui ta
tem tuam te que desiderint
propter dulcidinem tuam
qui et benedicitur dns ds isrl
in unitate sps sci in scla sclr

MISSA DOMINICALIS

Pronis mentib; et toto
corporis deuocione por
recti omnipm dnm depreci
mur ut omnes incolas suos
unumque corpus ecclesiae tenerint
et unita plebe sua cum totius
sacerdotib; pacem et con
cordiam et uniuerso clero
spe ministerii gratia
largiatur

defensionem popullis. sola
cium uiduis. continen
tiam monachis mercedem
operantibus. esurienti
bus uictum. uestitum nudis.
egrotantibus sanitatem.
uinctis absolutione pere
grinantibus patriam. na
uigantibus portum. dig
natus inpertiat humili
tatem superbis. maleloquen
tes emendatione peniten
tibus delictoris fine pecca
toribus ueniam in errore
errore uiam ueritatis
ostendat. collecta

Dominum ineffabelis potentie
bonitatis inmense fratres k
deprecimur ut sacer
dotibus clerum ac popu
lum suum uisitet et tueatur
inluminet.

to [illegible] lla qua
redemisti pietate [illegible] re
ratione conservuit. p. dnm nr
Respice dne omps ad precem
familie tuae quia misericor
dia tua sinceritatis of
ficio et studio caritatis
obtinere desiderant adq;
muneris tui dono te adiu
bante percipiant. ad pacem
Pacem tuam nostris tem
poribus bone ihu inlabere
in qua est plenitudo dilec
tionis tuae et praesta ut pa
cem quam nunc ore proferimus
semper spiritale sensu conser
vare mereamur. con testi
Vere dignum et iustum est omps ds.
qui peccato primi parentis
hominem ad salutem fini
bus exultante pietatis.

In[illegible] xpi c̄ aduentiam
[illegible]ā que reuocata[illegible] inmit
tendū nobis unigenitū
tuū saluatorē nm per
quem languoris nrōs cura
ris. peccata dimitteris
potentiā hostis antiqui
contereris infe[illegible]norum
nexus resolueris. para
disi portas aperires. fidē
innouaris uitam mortuis
redderis di filius faceris
et celestia regna perdoase
ris dns nr ihs xps cui merito

uere dign̄ et iustom prdr̄
per xpm dnm nm quiui
denr humani generis
fabricā hostis antiq;
extinqueret fallaciā
in terra discendit dns
nr ihs xps utero

conceptus est in ma[illegible]
ds et homo processit
homo uidetur in corpo
re ds autem manifesta
tus est in uirtute homo
fuit quando cum iudeis
ambolauit · ds autem
manifestatus est · quando
paralitico XXXVIII · annorum
solo uerbo curauit · homo
fuit · ad frequencia nup
ciarum · ds autem manifesta
tus est · quando aquas con
uertit in uino homo fuit
quando ad piscina siluae
cum discipolis uenit · ds
autem manifestatus est ·
quando ceco a natiuitate
inluminauit · homo
fuit · quando mulier pec
catrix lacrimis pedis
lauit · ds autem manifes

tatus est quando eam a
profluuio sanguinis.
liberauit. homo fuit quan
do in naue dormiuit.
d(eu)s autem manifestatus est.
quando uentib(us) in mare
ut quiescerint imperauit.
homo fuit quando maria
et marta pro fratre su(o)
rogabant. d(eu)s autem
manifestatus est quan
do lazaru(m) quatriduanu(m)
de monumento resusci
tauit. homo fuit quando
in cruce pependit. d(eu)s au
te(m) manifestatus est. quan
do tercia die resurrexit
a mortuis sedit ad dextera(m)
patris interpellat pro
peccatis n(ost)ris quis non ti
miat tale(m) d(omi)n(u)m rege(m) aeter
nu(m) aut quis non prostra
tus adoriat cuy(us) merito

Fr̄ hoc est uerbum fidei
quod predicamus quia
si confitiaris in ore tuo
dn̄m ihm̄ et in corde tuo cre
dederis quod d̄s illū sus
citauit a mortuis sal
uos erit. Corde enim cre
ditur ad iustitiā ore au
tem confessio fit ad sa
lute. Dicit enim scrip
tura omnes qui credede
rit in illū non confunden
tur. Non enim est distinc
tio iudei et greci. Nam
idem dn̄s omniū diues
in omnib: qui inuocant
eum. Omnes enim qui
inuocauerit nomen
dn̄i saluos erit

Omnia ergo quecumque
uoltis ut faciant uobis
homines et uos facite eis
hec est enim lex et prophe
te Intrate per angustam
portam quia lata porta et
spaciosa uia que ducit ad
perdicionem et multi sunt
qui Intrant per eam.
Quam angusta porta et
arta uia que ducit ad ui
tam et pauci sunt qui Inue
niunt eam. adtendite
a falsis prophetis. qui ue
niunt ad uos In uestimen
tis ouium. Intrinsecus au
tem sunt lupi rapacis. a
fructibus eorum cognuscetis
eos, Numquid collegunt
de spinis uuas aut de
tribulis ficus. Sic om
nes arbor.

bona· fructus bonus
facit· mala autē arbor
fructus malus facit
Non potest arbor bona
fructus malus facere
neq: arbor mala· fructus
bonus facere Omnes
arbor que non facit· fruc
tū bonū excidetur et in
igne mittetur· Non
omnes qui dicet mihi
dn̄e dn̄e intrabunt· in
regnū celorū· sed qui
faciunt uolūtatē patris
mei qui in celis est· ipse in
trauit in regnum celo
rum

Ante oculus tuos dn̄e
culpas quas fecemus
et plagas quas excepe
mus conferimus

minus est quod patemur
maius est quod meremur
peccati pena sentimus
et peccandi pertinen
ciam non mutamus.
In flagellis tuis dne fra
gilitas nostra uincetur
et iniquitas non muta
tur mens egrota tor
quetur et ceruix dura
non flectitur. uita in
dolore suspirat et in
opere non inmendat.
Si expectas dne non cor
regimus. si uindicas no
duramus confitemur.
In confraccione quod
lesemus. si oppresseris
manum facienda promit
temus. si suspenderis
gladio promissa non
facemus.

Si feriat [illegible]
parcas si [illegible]
ceris te prouocamus
ut feriat. Si angustia
uenerit. tempus pete-
mus penetendi. Si mise-
ricordia uenerit abu-
timur penetencia
ab misericordia te uolu-
mus obseruare quod
iusseris te nolumus ob-
audire quod feceris. abs
dne confitentes reos.
parce quia pius est. quia
tibi multa miseratio per
abundat. presta dne sine
merito quod rogamus.
qui fecisti ex nihilo qui
rogarint. quia premia
tribues et peccatoribus;
ueniam non negasti. Rog

Indi tepo[illegible]

DOMINICALIS

Dm ac dnm nrm ff kl
deprecimur ut
custodiat in nobis
opus redimcionis suae
et qui uitam nram eme
re sua morte dignatus
est ad aeternam nos beati
tudinem consequendam
donet pacem temporib. nis
castitatem cordis et corpo
ris decersum uiciorum
succersione uirtutum
disiderium futurorum p
coll. Dne ds nr susci
pe precis supplicum et fa
molorum tuorum oracionib;
benignus exaudi debe
mus deferre ad publicum
crimina si ad iudicium
nolumus sustenere tor
menta

debemus humiliari
coram hominibus. si
uolumus coram ange
lis gloriari. debemus
lugire in saeculum si uolumus
regnare cum xpo. debe
mus honorem experne
re temporalem. si obtene
re uolumus gloriam sem
piternam. timeamus
dominum occultum. in conscien
cia testem et publicum
in examinacione cen
sorem. non ille querit pro
ignorancia confessio
nem. sed pro misericor
dia confessorem. fratres karissimi
deprecimur ut a sic ab
soluat pietas humiler
ut non puniat seueri
tas contomaces p
POST NOMINA

Offerentes dō ff kmi spi
ritalia munera divina
clemencia deprecimur
ut hat oblacionis quas
in cū memoracione scōrum
et pro salute omnium
credenciū offerimus
plena pietatis suae dig
nacione suscipiat nrī
omniū precis exaudiat.

ad pacem

Ds uitae credenciū regio
uiuorū expectacio fi
diliū resurrectio mor
tuorū captiuorū redimcio
aeternitas redemptorū
benignus indulgetur
supplicanciū preces ac
cepe suffragancium
intercessionib; mitiga
re confitenciū peccata
dimitte

ecceptior eadem predic
na quies humilitate cor
porea pro tegeret dig
neris uirtute diuina

Con[illegible]

Vere dig̃ et ius̃t omp̃r
ds̃ abraham ds̃ isaac
ds̃ iacob cuius uerbum
uniuersa creata sunt
cuius spũ omnia nun
ciantur una diuinitas
et trina maiestas natu
ra inseparabilis perso
na indiuidua ds̃ unus et
solus unitas treplex
in conpensa coniunctio
indiuisa districtio
qui unus in substancia
liter trinus p̃sonalit̃
nominamus credemus
confitemur

Tu es rex omnipotens deus aeternus es
secundum dominationem tuam. Tu
fundasti terram super
aquas, qui legem creaturis
omnibus posuisti. Qui in
unum trinus appares. In
tribus unus agnosceris.
Pater ingenitus. Filius
unus est generatus.
Spiritus sanctus unus est ex patre
procedens patri et filio
coaeternus. Una tamen
in tribus virtus et digni
tas potestas atque ita con
iuncta divisio quae tibi
est gloria in caelis, po
tentia in aquis. Sapien
tia in terris. Virtus in
abyssis. Claritas in an
gelis. Dignitas in prophe
tis. Sublimitas in evan
gelistis

auctoritas in aposto
lis· pietas in praeceptis
placabilitas in exemplis
festiuitas in holocaus
tis· largitas in minis
tris p(er) d(omi)n(u)m n(ostrum) cui ange
licus flammiferus chorus
terribile exhibit obse
quium· quem cyrobin et
serafin· aurigas sedentem
pauida subieccionem mi
rantur· ante cuius cons
pectu· sex quaterni seni
orum· mirificus ordo
splendifluas nitentium
gemmarum coronam capite
uertice gestantium· ani
malium quoque diuersis
numerum· uultibus· uaria
tam: erga euangelia una
seiuncta inspenne iubilatio
ne conlaudant dicentes s(an)c(tu)s

CONTESTATIO DE ABRAHAM
IN COTI DNICALIS DICENDA
VERE DIG̃ ET IEST OMNIPTS DS̃
QUIA ABRAHAE FAMOLO TUO
UNICŨ FILIŨ QUEM IPSE DEDI
RAS IN SACRIFICIŨ TIBI UIC
TIMÃ ES SE IUSSISTI. O DNE
IN PROMITTENDO FIDELIS
IN P̄FICIENDO LIBERALIS
NUNC P̄STERELEṀ SENĒ FE
CUNDASTI. SED UT DEUOCIO
CONPROBARITUR IN PATRE
AFFECCIO POSPONERITUR
IN SOBOLĒ ET QUA FUTURUM
NESCIEBAT AFFECTŨ PLUS
SIQUIDẼ GAUISUS EST. OFFERT
TIBI FILIŨ QUAM PROMISSŨ
CREDEDIRIṪ NASCITURŨ.
PRO HOC ENIM NON SIBI SED
TIBI FILIŨ GENUISSE QUEM
SIC FESTINABAT OFFERRE

& rege deuotus pater:
cũ sacrificiis iam parato
pbat & deuotus filius.
cum sacerdote perfecto
ita enim utrumq; sibi
uota conexerant ut
nec pater nec filii uo
lumtate esset suspec
tus nec filius de patris
uolumtatis esset sollicitus
consolit uictima sacer
dotē & pcussorē suum
moriturus interrogat
ecce adest ignis et ligna
ubi est ouis que est ad uic
tima. O expectaculi dignū
dō. O inuictū deuocionis
triumphum. et magnum
et inuiolabile sacramen
tum. deuocio dicebat
pcute pietas clamabat
parce

illa prouocabat iste reuo
ucabat. filius tamen mori
turus iacebat. non uir
colis arduis. inritus. sed
officium pietatis indutus.
totus erat pater uiscerib;
inter uiscera feriturus
insurgit. et nulla de uoca
onis suae auferre patitur
tarditatem nec ex tarditatem
perdit mercedem. sed ecce
diuinitas que iusserat ut
feriret. iterum dicebat parce
parce inquid deuote pater
parce religiose percussor
parce sine crimine para
cida. ego libentius uictimam tua
acceptaui uotum non reprouo
sacrificium laudo. fidem
non repello. tu quidem
non peremis filius. sed facti

tuipscta manit exem
plum · O qualem rem nec
filius sensit uictimā
nec pater inuentus par
racida qnm aduentum
dni nri ihu xpi expecta
bat · Ant [illegible]
pecto omn ang atq; arch
[illegible]
uere dig est
credencium populorum semp
dnm dicere laudis · et in xpo
dnice sublimitatis pre
ferre uirtute et in filio
misericordē predicare
pietatē p quem cuncta
protulit uniuersa re
stituit · sublata sunt om
nia quo pro fecit uo
cibus ante mandauerat ·
pfecta sunt cuncta que

de aduentu tuæ subplimi
tatis ante predixerat
tu es leo de tribu iuda for
tis in proelio · tu catulus
leonis resurgens uictur
a mortuis · tu ceruus
agnus dī · diu quesitus ad
uictimā · per cuius san
guene · placata sunt omnia
tu lapis angularis ædifi
cantib; spretus · in æclesia
capite constitutus admi
rabiles · post mundū effec
tus · tu sacerdus excelsus
et uerus minister · tu uir
ga de radice iesse prolata
tu templū uerū quo pro
nostra redimcione pros
tratus est · tu post triduū
resurgens uiuos a mor
tuis [illegible] tu ki in noe

regitur arche nonse
lum nuae ... desiderati
gubernatur. In abraham
fidelissimus patriarcha
In isaac gloriosissimam
hostiam patris. In iacob
summe paciencie magister
In ioseph misericordie
predicatur. In moysen
laudabelis dux. In david
patriarcha preclarus.
In salomone abundan
tissimus fons sapientie
In isaia auctor omnium
prophetarum. In iohanne
primus baptista. In
stefano primus martir
In petro negancium fides
In paulus sps scs paraclitus
Quod merito tibi dne con
laudando per illa xxiiii seniores
et iiii animalia senas alas habentia
ubi ... pr ... sci

240

[illegible]
uene[illegible]ies omnipotens
uerbū karo factū est lumen
claritatis. gloria in excel
sis dō et in terra pax home
nib; bone uoluntatis.
Dies in qua natus est dnr
dies scō dnico baptismum
introibit. dies scō dnico
resurrexit dnr. dies scō dnico
fecit mirabilia in channa
galileæ aquas in uina con
uertit. dies scō dnico de v
panis et duob; pisces v milia
hominū pauit. dies scō dnico
siccatū est mare ante
populū moysi. dies scō dnc
ordinatus est petrus.
secundū apostolus in
nouo testamento
dies scō dnico in mare pedib;
ambolauit.

dies scđo dnico respexit
in terra babillonis et
uidi et tres ciuitatis ar
dentis una babilla secun
da babillonis tercia lan
do clado babilla sedunt
pedis peccatorum babillonis
sedunt pedis fornica
torum lando clado sedunt
qui contradicunt uerbu̅
dn̄i ibi sonat os sa mori
gente peccatorum et lingua
arida omnia quecumque
uoluit dn̄s fecit in celo et
in terra in mare et in a
byssis discendit ad in
fernu̅ et exinde tulit
adam et dirixit eu̅ in pa
radiso et restituit eum
una cum patriarchis
merito ibi dn̄e omnes ter
ra adoratte et confitiant

SSS

Regū regū · act; ·i· uel
cunctorū · rignantium
cuͬ dicionī · omnipo
tentiē · subiectus · nostū:
et uirtutē · huniuersa
rigna terrarū pia
moderacionē; subsis
tunt · ff̄ dl̄ · humani
mentem · deprecemur
ut principē nostrū ta
le iugeter · tueatur
auxiliū · quali abra
hā condā · cū trecen
tis dece et hocto · uer
nacolis suis · de quinq;
regib; cū falangis pros
tratis uicturi iā refe
rentē mirabileter ·
saluauit triū pū;
Ut ne putē suū loth ·
et predā gaudentes ·
propriā reduceret
ad locā: ita principē
nostrū sēp uictorē ·
contra cunctus.

aduersarius· uiuificit·

psaluit·tueatur·conser
uit·inleso·qui melcesen·
hec·et abraā· ueternū·
tēpore·feliceterrisgna
re·inmundū·p d·

DNE DS omnipotens·
qui p sapientiā inisti
mabile quā ita disposu
isti·mundū·ut absq;
regeb; et principebus·
nulla cū pace subsiste
rent·climacterasti·
quatenus bonorū·floren
te· iusticiā·cuncta sub
acta·tabiscerent·
pfidorū nequitiā ⁊ Unde
dne te supplices depre
camur tibi q; deuotis
mentib; ē inhac die fun
demus preces·pro fide
le famolo tuo·princi
pe q; nostro· ill· adq;
pro uniuerso exerci
tu illius·ita eū dne p
dexterā uirtutes tue·
contra omnes aduer
sarius sē pesse

iubeas cũ triũphis uicto
re, Sicut condedisti auxilia
tu ges moisen, dũ aduer
sus inimicus suus. demi
cans. hos brachia illius
sustentaret. usq; ad
uespera, Ille q; lume
nalauans ad celus mox
tua auxilia ante dñe usq;
ad internicione suus
pcussit adq; prostra
uit aduersarius.

Proinde dñe, subnexe
deposcimus. ut taliter
princeps noster in cunc
tis tuo iugeter fultus.
auxiliũ, numerosis an
nus feliceter uegetat
in regnũ pdi.

Dominatur dñe qui sub
prestetis. adq; de
functus sicut uolue
ris misericors tuũ
tenes innutũ adestu
precib; nostris, ut sco
rũ nominib; recensitis
illorũ meritis adiue
mur. adq; hec sacrificia
q; tibi offerimus et uiuen
tib; proficiant ad salutẽ.

et defunctis opitulet
iura deprecamur . Item alia .
his in laudis muneribus
princeps noster . et cunctus
universus exercitus
illius in omnibus in aequor .
ope potiatur divina .

deprecantibus nobis .
et sicut dudum iosue du
ceptius cultibus . moe
nium . circuit hierico .
ruentibus mures . illi quon
victoria cepit de urbe
tradente omps ds . oran
tes deprecantes ut si
quis fortassis cona
ti fuerent principes
nostri . contra . ire
imperies sub pedibus
illius ta discant . ui
lociter prostrati pres
ta ds omnipotens .


Mediator caeli et ter
re . omps ds ihs xpe
mediator . ad quem pa
cifica hominum diriges .
corda . te supplices
deprecamur . ut pax
illa quam tenendam . tu
is reliquis . et apostolis

iuieter. p(er)seuerans
nostris legeat in cor
dib; et sicut d(eu)s
quondā fortissimarum
uirtute operis suo soli appa
rens aulis fecit in popu
lo ita princeps noster
opitolante uniuer
sis deuictis undeq;
gentib; pacifice in
numerus patrius suo
feliciter splendeat
in regno.

Dig. et iustum est
d(omi)ne d(eu)s omps lau
des uoci nostra
rū si fas est concen
tib; angelorum apta
re licet illi in caelesti
b; tempsonis trinū
numu d(eu)m in diuinitate
sine cessacione con
laudantes demons
trent. 7 Sed nostra
qualitas terriginū
puluere circū sep
ta quomodo poterit
de tuis ineffabili
b; operib; saltē pau
cissima

+ dnedis meus filius [illegible] illus [illegible]
ne et enim [illegible] qui [illegible]
spo [illegible] dne [illegible] mas
[illegible] prudne [illegible]
[illegible] pp [illegible] sione m dni nostri
ibi coniuro par [illegible] non [illegible]
[illegible] + [illegible] nem
dni nostri ihu xpi ibi coniuro
[illegible] nom [illegible] +
[illegible] onem dni ibi co
iuro [illegible] par [illegible] non [illegible]
[illegible]
ne [illegible] luc [illegible]
[illegible] no [illegible] par [illegible]
[illegible] n [illegible] dom
no [illegible] par [illegible]
[illegible]
[illegible] par [illegible]
+ omne [illegible] illa [illegible]
+ [illegible] par [illegible]
per [illegible] per
[illegible] per [illegible]
[illegible]
[illegible] per [illegible]
[illegible]

se sine io los iordannos seueros
[illegible] lui re celos et par te mi [illegible] ar[illegible]
et par te [illegible] nes [illegible] et pus [illegible]
iauele ea et omnes nimi eos mea
los [illegible] los mi [illegible] an[illegible]
los [illegible] los [illegible] an
[illegible] los [illegible] an [illegible]
el an [illegible] los os [illegible] el an [illegible] los [illegible]
el. di[illegible] ellos [illegible] in nome
ne patris in nomine patris et filii
et [illegible] sancti [illegible]
[illegible] domine [illegible]
[illegible]
[illegible] nos [illegible]
[illegible] nomine
[illegible]
[illegible] non [illegible]
[illegible] non [illegible] sancti [illegible]
[illegible] AMEN



itiones ia nodiciai . in
ueredicere ī esse omp̄td̄s
que angeloru̅ appareli . cit
illi in celestib; trin per
sonis trinum . unum dm̅
in diuinitate sine cessa
tione conlaudantes
demonstrant ; sed
nostrae exiguitas ter
rigino puluere circum
septa . quomodo pote
rit de tuis ineffabili
b; operib; saltim pau
cissima in laudis pro
merere uerba praeser
tim . cum celu̅ tibi sedis
sit . terra autē scabil
lu̅ pedum tuoru̅ et cunc
ta inuisibilia . et uisi
bilia per illo condi
dens populum replet

scorū angelorū cater-
uis · te rectore per grados
hominū locatim dispo
nis mirifice; Sic namq;
te ordinante regalis
potentia principatū
gerit in mundo · quati
nus in cunctis · te dm̄ dn̄m
et auxiliatorē suū semp
esse cognuscat · proinde
dn̄e subnexi deposcimus;
ut prolixa per tēpora
is to in stō pacifice et fe
liciter · principe nr̄o
concedas rignare et
quandoq; post annorum
multa curricola peracta
tecū æternū aptis in
rigno p dn̄m nm̄ ihm̄ xpm̄
filiū tuū cui merito
omīs anō

ff. Rogo uos ut obserue
tis eos qui dissensionis
et offendicola praeter
doctrina quam uos de
dicistis faciunt et decli
nate ab illis huiusmodi
enim xpo dno nro non
seruiunt sed suo uentri
et per dulcis sermonis
et benediccionis sedu
cunt corda innocencium
uestra enim obediencia
in omni loco diuulgata est
gaudio igitur in uobis
sed uolo uos sapientes
esse in bono et simplices
in malo ds autem pacis con
terit satanan sub
pedib. uestris uelociter
gracia dni nri ihu xpi
uobiscum

Lec sci euug luc

In illo tēpore factū ē
una dierū sedebat ihs
docens. et erant fa
risei sedentes et legis
doctoris qui uenerant
ex omni castello galileae
et iudaeae et hierusalem.
et uirtus erat dni ad
sanandū eos. et ecce
uiri portantes in lecto
hominē qui erat para
liticus. et quaerebant eū
inferre et ponere ante
eum. et non inuenientes
qua parte illū inferrent
prae turba ascenderunt
supra tectū per tegulas
et submiserunt illum
in medio ante ihm.
Quorū fidē ut uidit dix

homo remittuntur
tibi peccata tua Et cepe
runt cogitare scribe
et farisei dicentes quis
est hic quod loquitur blas
phemat quis potest dimit
tere peccata nisi solus deus
ut cognouit autem ihesus cogi
tationes eorum respondens
dixit ad illos quid cogita
tis in cordibus uestris. quid est
facilius dicere dimittun
tur tibi peccata an dicere
surge et ambula ut au
tem sciatis quia filius
hominis potestatem habet
in terra dimittere pec
cata ait paralitico
tibi dico surge et tolle
lectum tuum et uade in domum
tuam et confestim surgens
coram illis tulit in quo iacebat

et habiit in domũ suam ·
magnificans dm̃ et ·
stopur adprehendit
omnes et magnifica
bant dm̃

MISSA COTIDIANA

Placatu dñe q̃s quic
quid merimur auerte
nec apud te dilecta nra
plus ualeant sed mise
ricordia tua semper
nos peccatores preue
niat et p̃ precĕ supli
ce ista nos dignare res
picere et a cunctis ini
quitatib; nis emunda

[illegible] Presta
populo quod ne q̃s con
solacionis auxilio
d auenia peccatis nris
et ab omne iniquita
te.

custodit. et quia huma
na fragilitas. incessa
biliter meritur. offen
sa celerius in tua mise
ricordia gaudeamus.

CONTESTATIO

Vere dignum et iustum est omnipotens d(eu)s
te semper cum laude servi
tutis humane laudare
qui divinis muneribus
tuis et celestib(us) benefi
ciis in nostra humilita
te largus ad lucem nos de
tenebris revocasti.
ut ante in deserta et
arida solitudine tene
bamur. ut te patefacto
salutaris spu purigarimur
misso nobis. ih(es)u xp(ist)o filio
tuo d(omi)no d(e)o. regi et sal
vatori nostro

quisedilectanostra
suscipiens· etquis
quidhomo antea pec
cauerat· sanguene suo
abluens· natiuitatē no
ua· credentib; etadse·
confugientib; patefecit
Inculus ineffabile gra
ciagloriantes· qs dnē·
ut scas tuas inuiare et ea·
quos firmasti per gratia
pr xpm dnm nm

FF Omnes nos manifes
tare oportet· ante
tribunal xpi ut refe
rat· unusquisque pro
pria corporis sua pro
ut gessit sibonum
siuemalum· Quecūq;
enim seminauerit ho
mo

haec et metit· qn̄m qui
seminat in carne de car
ne et metit corrupcione
qui aut̄ seminat in sp̄u
de sp̄u metit uitā eter
nā· bonū aut̄ facientis
non deficiamus· ergo
dū tempus abemus· ope
rimur bona ad omnes
homenis· maxime autem
ad domesticos fidei· in xp̄o

[illegible]

Dieb· illis interrogauit
dn̄m ihm̄ unus fariseus le
gisdoctur temtans eum
magister· quod est man
datū magnū in lege· ait illi ihs
diliges dn̄m dm̄ tuū in to
to corde tuo· et in tota
anima tua et in tota
mente tua

hocestmaximū etpri
mūmandatū; Secun
dum·autem simileest
huic· diliges proximū
tuū sicut teipsum, In
his duobus mandatis·
uniuersa lex·pendit
etprophete · Congre
gatis autē phariseis·
Interrogauit eos ihs
dicens· Quid uobis uide
tur de xpō· cuius filius
est· dicunt ei dauid, ait illis
quomodo ergo dauid in
spū uocat eum dnm dicens
dixit dns dnō meo Sede
adextris meis· donec
ponā inimicos tuos· S
cabillū pedum tuorum
Si ergo dauid uocat
eum dnm quomodo

filius eius est. et nemo
poterat. respondere
ei uerbum neque ausus
fuit quisquam ex illa die
eum amplius interroga
[illegible] MISSA [illegible] ALIS re
Omps sempiterne ds
cui potestas est sine fine
miserendi respice pro
pitius ad humilitatis nos
trae supplices seruitutem
quam ante te per precem
subiecta protendimus.
et presta ut tibi subdi
tas mentes perpetuae defen
sionis sentiant auxilium.
[illegible] Ds in te sperantium
fortitudo adesto pro
pitius inuocationibus nostris
et quia sine te nihil potest
mortalis infirmitas

praesta auxilium gra-
ciae tuae: ut in sequen
dis mandatis tuis et
uoluntate tibi et accione pla
[illegible] ceamus. p.
Vere dig et iestom p r d r
p quem moyses famolus
tuos populum suum eduxit
in xpo triumphum per
bacolum crucis unde et
baptismum eius significa
uit in mundo inde maria
canebat in tymphano
unde passio xpi ueneran
da depignitur inde
ionas uadicinauit in
clusus unde aeclesia mar
caritate fecundant
inde dauid sallebat in
cythara unde paulus
apostolus predicabat

fundamentu aliud ne
mo potest ponere nisi
xps ihs Inde petro mer
genti manus porregi
tur ubi titubantes fidei
munitur ibi capud ec
clesie confirmatur In
de lazarus de sepulcro
proditur unde rerum
regio xpi gloriosa lauda
tur Gaudent et angeli et
exultant et archangeli ce
rubin quoque ac serafin III
I NAS LIC [illegible] DIANIS
ff haec loquere et exor
tare et argue cum om
ni imperio Nemo te con
demnat admone illos
principibus et potes
tatibus subditos esse
nemine plaspemare

nonlitigiosus esse sedmo
destus · omnem osten
dente mansuetudinem ·
adomnes homines · e
ramus enim · et nos a
liquando insipientes et
incredoli · errantes · ser
uientes disideriis et uo
luptatib; uariis in ma
licia · et inuidia agentes
Cū autem benignitas et
